



BASILEAE APVD IO:
 FROBENIVM MEN
 SE MARTIO, AN.
 M. D. XVIII.

 A decorative border surrounding the title page, featuring various figures, including cherubs and a central figure in a circular frame.

MICHAE
 LIS RITII NEAPO/
 LITANI

De regibus Francorū lib. III.
 De regibus Hispaniæ lib. III.
 De regibus Hierosolymo-
 rum lib. I.
 De regibus Neapolis & Si-
 cilix lib. III.
 De regibus Vngariæ lib. II.

APVD INCLYTAM
 BASILEAM.

 An engraving at the bottom of the page showing a group of figures, some carrying a large object on their shoulders, possibly a coffin or a large chest, in a procession.


MICHAELI RITIO PATRICIO NEAPOLITANO
ciuilis & Pontificij iuris consultis. sacrosancti potens
tissimiq; Gallorum regis a consilio. A. Ianus
Parthasius. S. P. D.

RETIS a me uir ornatissime, quid de tuis lucubratiōi-
bus in patria historia sentiā. Simplicis & aperti inge-
nij sum. proinde iudicium meū paucis habeto. Consi-
lium tibi non fuit (ut uideo) pigmentis ab arte qua-
sitis, rerū gestarū seriem narrare, quum uires alioquin
abunde suppetere, sed ab alijs effuse sparsimq; traditam, uelut in
corpuseulum continue digestum colligere, ut eam cognoscere uol-
lentibus absit inquirendi labor. Equidem non hoc abs te solum sa-
tis superq; praestitum, sed aliquid etiam plus affirmare nō dubitem.
Nam praeterq; quod ad compendium parata sunt, & ex fide reci-
tantur omnia, si quis intelligit mutari cū temporibus formas & ge-
nera dicendi, neq; stilum praesentis notae fastidit, inde etiam tibi lau-
dem facile concedit. Est enim purus, candidus, illaboratus, & qui tu-
am quodammodo nobilitate praeseruat, ut nuper Ampliss. patres at-
toniti praedicauerunt, dum causam nostri Regis apud Pontificem
Max. legatus orares. Vtinā ceteris ordinis tui, in antiquis & potio-
ribus amulandis idē studij foret, profecto ius ciuile tanta scribiligi-
ne, Romanæq; linguae, dehonestamentis, inquinatum nō esset. O-
uere felicem Campaniam, si nostrarum partium rebus ex uoto suc-
cessis, ei contigisset abs te diutius administrari. Non enim magis
Athenae Solonis, aut Sparta Lycurgi consilio, quam nostra respu-
tuo floruisset. Iniqua nae hercule fors hominibus nostris inuidit,
opesq; aliarum per te gentium, q; nostras augeri maluit. At illud in
eius potestate non fuit, auferre, quin absens diu noctuq; cogites, ut
ab impotenti dominatu, natale solū possis eximere, & dū pro te po-
tū conditione quiescis, qua licet optimi ciuis cōsilio fungaris, eiusq;
memoria uindices ab interitu. quod nescio an maius putandū sit, q;
a uolētissima tyrānide, sub imperiū iusti regis asserere. quod bene-
ficiū tibi patria bis acceptū refert. quū praestet aternitati famaeq; p-
petuo māsura, q; unius aetatis ocio cōsulere. Nō est ergo qd' Epito-
mē tuā supprimas, quae multū notitiae studiosis allatura, patriae tibi-
q; nomē immortale pariet. Vale decus nostri soli. Mediolani, Kalē-
dis Octobris. Millelumi quingentesimi quinti.

GVIDONI MAGNO

FRANCIAE CANCELLARIO, SVMMI SPLEN-
DORIS EQVITI, IVRIS HVMANI DI-
VINIQVE CONSVLTISS. MICHAEL
RITIVS NEAPOLITANVS IVRIS/
CONSVLTVS, ET SACROSAN-
CTI POTENTISSIMIQVE
GALLORVM REGIS
A CONSILIO FE-
LICITATEM.

QVVM nuper a patria profugus iniquitate tem-
porū, plus ocij nactus essem q; uelim, coepissem/
q; Romae mecum metipse cogitare, cur olim felix il-
la Campania nunc extreme misera, Campania/
q; fines attributi, diu multumq; exterarum gentiū bellis at-
terant. unde Gallis, Hispanisq; & Pānonibus, interim Ger-
manis, acerrimi certaminis harena quaedam fuerit, utrū soli
bonitate & fato hoc acciderit, ut ab re non fingantur, inde gi-
gantes aediti, uel alia de causa, quae sit in obscuro, ueteres hi-
storias excussi, si quae praesertim Regum stemmata, gradus
q; cognationis exequuntur, ut quoquisq; iure contenderit,
inuenirem. Quumq; res ob ingentē uoluminū (quod te nō
fugit) enormitatem praeterq; q; lectu laboriosa, uix animo
certe complecti posse uideretur, operapretium facturū pu-
taui, si quis ad concinnum breuiarium, compendiosamq; re-
digeret epitomen. Itaque probato consilio, prouinciam mi-
hi capeffendam ratus, enixe studui, nihil non ex fide trade-
re. Sicubi

EPISTOLA NVNCVPATORIA:

re. Sicubi variat opinioniones, aut uacillat historia, in ijs publicam, receptioremque sententiam, sum secutus, ut si quando te uel ordinis tui ceteros, quibus aut nunquam, aut raro datur a grauissimis reipublicis aliqua remissio, eadem cognoscendi libido incesset, longas rerum ambages indagare necesse non habeant, sed exiguo labore uoti compotes animum leuent. Quoniam uero nostri Reges a Francorum, Hispanorumque regia antiquitus habent originem, sequitur Hierosolymorum reges appellant & Vngariae, paulo altius ab ipsis incunabulis, institutioneque utriusque gentis regum repetendum existimaui, & ab ijs ad Hierosolymitanos, indeque ad reges Neapolis & Vngariae stilum conuertere. Quas nostras lucubratiunculas, cui potius nuncuparem quam tibi, quem nihil aequae delectat, ac res a maioribus bene, fortiterque gestas, euentusque, & uarios eorum casus cogitatione repetere, exemplo Macedonis Alexandri, qui quom perlustraret Ilium, citharaque Paridis uisenda offerretur, Achillis inquit malle, qua ille Heroum pulcherrima facta canere solitus est. Maxime (quae tua est humanitas) quom me summo prosequaris affectu, cupiamque posteris hoc exiguo licet munere testatum, quam obnoxius amplitudini, uirtuti, si tunc teque non magis hac animo facilis amici, quam censoris acriter iudicio lecturum confidam. Quod, ut alij quoque faciant etiam, atque etiam petimus, itaque uir ornatissime rem per se modicam compensabis (ut nostra soles) egregia uoluntate, quam in me nunquam desiderabis. Vale ex urbe Roma Calend. Octobris. M. D. V.

D. MICHAELIS

RITII, DE REGIBVS LIBER PRIMVS,

QVI EST DE REGIBVS

FRANCORVM.



ALLOS esse, quos aiunt Graeci Galatas, inter omnes fere constat Gall. a Galato, quem Polyphemus ex Galatae suscepit, ut autumat Appianus. Hos in tris gentes ut finibus ita uocabulis etiam discretas, partitus est Caesar, Aquitanos, Belgas & Celtas, a Celto Herculis filio Steropesque, eius quam genuit Atlas, appellationem sortitos. Sunt qui dicant euerfa Troia partem incolarum Duce Francone, ex Hectore genito, sedes ad Maotim cepisse in finibus Alanorum, conditaque urbe Sycambria Francos a nomine ducis esse dictos. Sycambria. Equidem quamcumque scio Homerum non plures uno Scamandro, uel (ut alij uocabant) Astyanacte liberos Hectori tribuisse, nec Anaxicratem, nec Euripidem, quorum alter Argolicorum secundo, alter in Andromacha, nothos Hectori filios editos asserunt ex Pellicibus, usque Franconis meminisse, quia tamen haec uenae datur, antiquitati consecrari originem suas, & ad ipsos etiam deos nedum Heroas referre, quod primordia suae gentis augustiora faciant (ut Liuius autor est) id nec affirmare, nec refellere in animo est. Ouidio praesertim non nihil astipulante, per haec.

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

Ingenijq; sui dictus cognomine largus

Gallica qui Phrygium duxit in arua senem.

Gallus.

Franci.

A Frāco/
nib⁹ Ger/
manis,
Franci de/
scēderūt,
qui hodi/
e Galliā
obtinēt,
nā Frācos
fuisse ger/
manos
clare te/
stā Aga/
thy⁹ grā/
cus autor
Franco/
fordia.
Marco/
mirus.

Faramun/
dus.
Clodius
capillat⁹.

tamen apud eum quidam non a Gallis arua Gallica accipiunt, sed ab amne Phrygiæ Gallo, cuius aquæ potu, mentem loco moueri testis est Plinius. Parthenius Phocensis histori arum primo, Franci Gallica gens inquit Alpium montes ac colunt, aliud præterea nihil. Appellationis causam nonnulli putant immunitatē stipendiorū, quibus ab imperatore Valentiniano leuati sunt in decennium. Quidam Francos quæsi si feroces domitis Alanis interpretantur. Ii post a Sycambria ab ipso Cæsare pulsī, quod usurpata diutius quam concesserat immunitate, tributa penitus abnegarent, assumptis ex sua nobilitate Marcomiro, Suimone, & Genebaudo duobus ad Rhenum confederunt. Ibi constituto oppido Francofordiæ nomen indiderunt. In Gallia primum potiti sunt urbe Treuerorum, Lucio Romano præfecto dedente. Sed partim eorum præsentī fortuna non contenti, quærendis nouis sedibus egressi, ad Sequanæ ripas errore uagi perueniunt, ibiq; amœnitate locorum capti cōsistunt, administratione rerum permissa Marcomiro, quem summopere celebrabant & colebāt, opinione uulgata, quod Priami sanguine propagatus esset.

Eius deinde filium nomine Faramundum omnium apud se primum ad regium fastigium prouehūt. is imperauit annis undecim. Vita functo successit Clodius ex eo genitus, a promisso capillo cognomento capillatus, prosperisque prælijs proximas nationes subegit Turingos, Tornacenses, & Cameracēses, nullaq; ex se relicta sobole, uigesimo ex quo regnare

DE REGIBVS FRANCORVM LIBER I. 4

regnare cœpit anno diem clausit.

In eius locum sufficitur a stirpe Clodio propior Meroeus, quem pro Romanis aduersus Hunnos & Visogotos in campo Catalaunico pugnantem occubuisse constans fama est.

Paternum decus Childericus accepit, qui secunda fortuna ad superbiam luxumque prolapsus, ob impotentiam dominandi pulsus, ac rursus Guinomadi gentis suæ principis, in cuius fidem confugerat, opibus, & factione reuocatus, Gillonem Romanum qui Suesionibus præerat, æquo Marte superat, Aurilianenses & Andegauos in ditionem redigit, annis quatuor & uiginti, rex exiuit hominem.

Excepit imperium, Clodoueus Childerico patre natus, qui Remos & Suesiones in potestatem redegit in uxorem ducta Crotilde, cuius erat patruus Gondebaldus Burgundionum rex, susceptos ex ea liberos Christiani dogmatis esse passus est, quo mater eos imbuerat, quamuis ipse perstaret in maiorum ceremonijs, inuidiose causatus Crotildi iratis dijs ob neglectum eorum cultū, alterum eius filium ab humanis exemptum, alterius morbo impliciti in dubio uitam esse. Sed ubi puer a matre suscepto uoto conualuit, Ipseque Clodoueus Germanos ancipiti prælio superauit, in uotis religionem concessit, ac a Remigio Remensi Pontifice ex aqua lustratus, oleo quod a columba cœlitus allatum rumor est, ungit, ex eoq; mos durat, ut Francorū reges quom diadema atq; honoris insignia accipiunt, eo tingantur. Itaque Clodoueus accepto uero dei cultu, Burgundiones Aquitanosque & Gotos bello domuit, Et Tolosanum imposito præsidio

Meroeus

Childericus.

Guinomadus.

Gillo.

Clodoueus.

Crotildis

Gondebaldus.

Oleū cœlitus de-

missum.

praesidio retinuit in potestate, Burgondiam Gendebaldo concessit, uxoris eius patruo, soceriq; fratri germano, grandi prius ab eo accepta pecunia quam pepigerat.

Theodoricus. Eo uita functo regnum quatuor in parteis est diuisum, inter eius filios. Ex ijs Theodoricus Metenses, Clodomiris Aurelianenses, Clotarius Suesiones, Chilbertus Parhisios est fortitus. Clodomiris instigante Crotilde bellum suscepit in Burgundiones, & Gendebaldum qui Crotildis parentes e medio sustulerat, eius auum atq; auiam maternam, regnoque incubabat, ad ipsam Crotildem iure gentium spectati, quae muliebriter ardens ulciscendi, regnandiq; cupiditate, filium concitauit in Gendebaldum. Clodomiri magno constitit matris paruisse, exercitu namq; ducto in Burgundiones, in acie fortiter dimicans occubuit, uictoriam suis reliquit, & tres filios Theobaldum, Gonterum, & Clodoardum.

Chlodomiris. Chilbertus Parhisiorum rex unus ex Chlodouei filijs in Almarico Hispaniae regem, pia de causa bellum suscipit. Erat Almarico nupta Chilberti soror impolluta religionis & ueri cultus obseruantissima, quae quom nullis aut precibus, aut minis, ad Arrhianae sectae praestigias, quibus uir erat imbutus, traduci posset, ab eo contumeliose tractabatur. Eius iniurijs motus frater inuito praelio uictor, Hispanos adusq; Toleti fines imperata facere copulit. absq; prole undequinquagesimo sui principatus anno diem clausit.

Chilbertus. Theodoricus is, qui Metensibus imperabat, & Clotarius qui Suesionibus ex ijs quos dixi fratribus supererat, qui regno Clodomiris inhiantes, ausi rem barbaram crudelitatis, accitos ad se fratris filios ab Auia Crotilde, quae Parrisij eos educabat, ex ijs duos Theobaldum, Gonterumq; caede necant

Theodoricus. Aurelij

Aurelij. Clodoardus a caede elapsus ad aram confugit in spoliati fani, quod Asylum uocant, ubi quoad uixit praecipuo studio, sanctissimeq; nomen loci coluit. unde post obitum consecratus, & inter diuos relatus est. Theodoricus (ita auariciam immanemq; eius ambitionem ulciscente fato) sine liberis ad manes Erebi raptus est. Vnde regia, quam in quatuor ueluti membra discerpserant, in unum corpus, pristinaq; formam redacta, Clotarius potitus, unoq; & quinquaginta cum regnasset annis, morte obita, apud Suesionem conditus est. Eius autem filios exemplum patris ad omne facinus impellebat. Itaq; quom diu bonis & malis artibus occupare paternum solium pro se quisq; certasset, & consilia non succederent, in quatuor & ipsi partes, ut conuenerat ex numero sui regnum diuiserunt. Theoberto natu maximo Parhisij, Gontranno Aurelij, Sigisberto Metenses, Chilperico Suesiones obtigerunt, Theobertus, uel (ut alij uocant) Antibertus omni muliere corruptior, & ad libidinem solutissimus, in complexu pellicum mature decessit, ex illo multiplici coniugio non plus uno suscepto filio, qui patrem continuo secutus est. Sigisbertus incautum Chilpericum fratrem quom subito bello opprimere tetasset, immixtis percussoribus extinctus est. Nam quom Chilpericus obsessus a fratre Toronaci, quo se ex fuga receperat, rebus suis parum fideret, Athanaidis Hispaniae regis filia Fredegonda quam dimissa prioris eius uxore Galfonda superduxerat, in eadem cum uiro fortuna, rem non muliebre cogitauit, duos audacis, & ad omnia parati iuuenes animi comparat, oneratosq; promissorum spe, & praesenti largitione, in hostium castra submittit, ij Sigisbertum improuide agentem adorti interimunt, ex

Clodoardus. Asylum.

Clotarius.

Theobertus.

Antibertus.

Sigisbertus.

Chilpericus.

Fredegonda.

MICHAELIS RITHI NEA POLITANI

quo regnare cepit anno decimo quarto, superstito filio Childeberto, quem susceperat ex Bronchilde filia Athanai dis Hispaniæ regis, quo patre natam Fredegondam demōstrauimus.

Gontrannus. Childebertum amisso patre bona regni parte a Chilperico spoliatum, Gontrannus Aurelianensium rex alter eius patruus, quia liberis carebat, in spem successionis adoptauit. Orta mox inter eos, Theodorici Massiliensis Episcopi causa, graui dissensione, Gontrannus adoptionē reuocauit, inde Childebertus in gratiam cū Chilperico reuersus, uterq; paribus auspicijs in Gontrannū ducit exercitum, demū rebus æqua cōditione compositis, lapsus in insidias quom noctu rediret a uenatione, Chilpericus a Lauderico obtruncat in saltu quodā, Fredegondæ coniugis abominando scelere quæ cū Lauderico cōsueuerat, & uiro p̄posuit adulterū. Clotarius Chilperico patri sup̄fuit. Gontrannus iterū Childebertū cōciliatus, quom triginta regnasset annis, moriens eum scripsit hæredem.

Childebertus. Childebertus itaq; cognomēto Iunior, haud ita multo post haustu ueneni perijt una cū cōiuge, superstitib; filijs Theoderberto natu maiore, qui Metensibus imperauit, appellat; Anastasia, ac Theoderico Burgundionum rege, matreque ipsius Childeberti Bronchilde.

Clotarius. Childebertus ergo cū patruale Clotario stationē regni tenuit octauā, quo mortuo rerū sūma penes unū Clotariū fuit, is tñ assumpsit in partē principatus ipsius Childeberti filios.

Bronchildis. Quomq; Bronchildis auix fallacibus artificijs inculcatum Theoderberto & Theoderico fratribus esset, ut generis consortium ferro discinderent, orto inter eos bello apud

DE REBGIVS FRANCORVM LIBER I. 6.

dum Tullum, quod tunc ædificabatur, inito certamine in Theodericum inclinante fortuna, Theodebertus salutis suæ fuga consuluit, qua nunciata, Theodericus omnia igni, ferroq; populatur hostiliter, nec ante finem fecit, quā Theodeberti populares & socij stipendiarij, accepta cōditione recisū regis sui caput Theodorico attulerūt, atq; hūc in modū Meteses inditionē Theodorici cōcesserūt, abductis inde Theodeberti liberis, & in ijs exuberanti pulchritudine puella, matres in eius cōspectū deductos, efferato mulier animo Bronchildis eorū proauia iugulauit. Ipsam puellā, quom Theodericus matrimonio sibi destinasset, intercedente Bronchilde, quæ nefas esse cōtēderet, neq; per leges licere fratris filiā ducere, ira percitus, & mulieris inconstantia minime ferēs, illa autore bellū contra fratrem suscepisse, q̄ affirmaret eū non ex eodē patre, sed adulterio conceptū, nunc eū ipsum fratrem Germanum, quo nuptias impediatur, asserere, acri conuicio ab se reiecit, atq; ab eius pernicie temperauit. Ferox itaq; femina admulto ante p̄cogitatū reuoluta facinorosa, uenenū diluit, extinctoq; Theodorico, parricidū parricidio cumulat. Eo pacto Franciæ totius imperium redigitur ad unum Clotarium Chilperici Sueffionum regis, & Fredegondæ filium, aduersum tendente Bronchilde, quæ Sigibertum Theodeberti ex pellice (ut aiebat) filium paterno regno sufficendum enixe curabat, eam rem principes, & optimi quique aduersati, Clotario portas aperiunt, in aciem progressum Sigibertum, Clotarius superat, eumque cum Bronchilde uiuum capit. Constituto iam regno, tot impiarum cædium p̄enas a Bronchilde sumpsit, muliere nō una tantum simplicique morte digna, multisq; rebus præclare gestis, in tātō

Theodeberti fuga. Cædes.

Meteses. Theodorici.

Bronchildis crudelitas.

Clotarius.

Bronchildis cædes

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

Dagobertus. regni fastigio quadraginta quatuor exactis annis, excessit ab humanis. Ex asse instituto hærede Dagoberto filio, quæ prior eius uxor Engeldruda pepererat, excepta Aquitania

Aribertus. quam Ariberto ex altera coniuge nato reliquit.

Dagobertus. Aribertus Aquitania potitus, apud Tholosam non ita multo post obiit, unico superstite filio, qui mature patrem secutus est, Itaque & Aquitania ad ipsum Dagobertum redijt.

Ludouicus. Hic est ille Dagobertus, qui Diui Dionysij templum condidit, in eoque cineres ipsius Dionysij, sociorumque eius Rustici & Eleutherij cum magna religione & ornamento posuit. Tandem mortuus ibi conditus uoluit.

Ludouicus. A Dagoberto res ad Ludouicum cessit, eius ex Martilde filium, quam Dagobertus amissa priore coniuge superduxerat. Is ex iusta matrefamilias editus, omni regno potitus est, præterquam Normannia, uel (ut alij uocant) Neustria. quam Sigilbertus ex Ranguetruda patris pellice natus permittu eius obtinuit. Ludouicus autem nulla re memorabili gesta per annos sexdecim quibus imperauit, inglorius ab humanis excessit, ex Batilde uxore natione Saxonia Clotario, Childerico, & Theodorico superstite liberis,

Clotarius. Clotarius qui ætatis priuilegio, patri successerat, exinde anno quarto migravit e uita. Franci Theodoricum natu minimum in regnum recipiunt, quod eo retinendo potior uisus esset, ablegantque in Austriam Childericum, quomque Theodoricus ignauitæ deditus, adeundi salutandi que sui copiam plebi non faceret, nisi Calen. tantum Maijs, eoque tempore muneribus ultro, citroque missitandis occuparetur, & regnum per alios administraret, hanc indignitatem proceres haud quaquam tulerunt. itaque Theodoricum & Ebroinum præfectum prætorio

DE REGIBVS FRANCORVM LIBER I. 7

prætorio compellunt in claustra collegij Monachorum. Childericus ex Austria accitus ad regnum uenit.

Qui cum barbare sæuiret in suos, & quendam illustri loco natum palo religatum fustibus cædi iussisset, adeo omnium animos rei mouit atrocitas, ut is, in quem Childericus animaduertenterat, haud parum multos inueniret, qui secum contra salutem tyranni coniurarent. Itaque redeunte a uenatione excipiunt insidijs, & simul cum Vlde uxore grauida obtruncant. unde necesse fuit ad Theodoricum confugere, quem intra septa Cœnobij compulsus diximus.

Per idem tempus inertia regum prætorio præfectus a rege proximam dignitatem obtinebat, ad quam potētissimi qui que Francorum summa cõtentione nitentur, & Pipinus ex Austria profectus, is cui pusilli cognomē a breuitate corporis inditum, per uarios casus est euectus, inde Theodoricus e uita migrat, unde uigesimo ex quo regnare cepit anno. Clodoueus in patris locum subrogatus, tertio post anno naturæ concessit, Childeberto fratri relicto regno.

Childebertus huius nominis tertius, & in regia decimus quintus, in rebus humanis haud diu fuit. Superstiteque Dagoberto filio, moritur.

Dagoberti principatu uarij bellorum motus inter regni proceres extiterunt. quom quisque sibi præfecturam, de qua diximus, affectaret. & in hunc, aut illum uariis esset hominum fauor. Aliquandiu Dagobertus imperij gubernacula retinuerat, omniaque agebat ex arbitrio Pleutrudis uxoris, & Pipini Theodoaldi que præfecti, in quorum tutela rex erat, quom Theodoaldus haud incruenta facilique uictoria ab honore deiicitur. in eius locum suffecto Rangefredo, nec ita multo

Childericus.

Pipinus.

Clodoueus.

Childebertus.

Dagobertus.

Daniel
fa
cerdos
rex fit.

Chilperi
cus.
Martell^o.

Childeri
cus.
Theodo
ricus.
Martelli
facinora.

post exiuit hominē Dagobertus absq; prole. Et iā regium
genus a stirpe defecerat. Igitur optimates sacerdotē queni
dā nomine Danielē, cuius ingens apud eos erat opinio, pri
mū pratorianis imponunt, & palatio præficiunt, expectato
quo ad p̄fanū in modū capillū, barbāq; pmitteret, Quom
iam tum sacris inaugurati, tradito uel ab Aegyptijs, uel a lu
dæis more caput haberent, ut hac etiā ætate, semirasum bar
bāq; diuini libi gratia nō nutrent, cōtrario p̄fanorū mo
re. Quare tonsu, habituq; mutato, e præfectura ad Regale
fastigium prouectus, pro Daniele Chilpericus appellatur.
Per eosdē dies Martellus Pipini filius, effracto carcere, laxa
tisq; uinculis, in quæ coniectus a Pleutrude nouerca fuerat,
raptim sumptis armis ad asserendā palatij præfecturā, quā
pater obtinuerat, aduolat. Egressis obuiam Chilperico re
ge & Rangefredo, qui tum pratorianis impositus erat, an
piti diu uictoria pugnatū, donec Martell^o in fugā uersus est.
Sed aucto mox exercitu redijt, ac utrunq; regni finibus exe
git. Ipse Chilpericus in fidē Cudonis Vasconū principis &
socij confugit. Rangefredus se recepit in Andegauiam, quē
Martellus in potestātē redactū dimisit. Oppidū præterea
quoddā habendū cōcessit ubi imperaret, assumptaq; hære
ditario, iure debita sibi præfectura, Chilpericū restituit in re
gnū. Nouus inde Rex principū suffragio creatur, adnitate
Martello pratorij præfecto, quidā Childericus uel (ut ab ali
is appellatū repperi) Theodoricus, Dagoberti filius eius no
minis ultimi, quē speciose iactabāt apud sacras uirgines opa
pidi Calensis educatū. Tota tamen imperij summa Martel
lum penes erat. Is & Sueuos, & Hispaniæ regem cui nomē
Abdimaro, iusto prælio superauit. Burdigalam & Pictaui
um recepit

um recepit ab Abdimaro occupatas urbes, quomq; per an
nos xxv. Francorū rem feliciter administrasset, obita morte
ad Aedem Dionysij conditus est in Mausoleo, quod etiam
nūc ex Alabastro uisitur ante distributo liberis imperio. Ca
rolomano concessit Austrasiam, Sueuiam, Alamaniā & Lo
toringiam. Pipinū pratorianis imposuit, & Gallis qui sui
iuris erant, Gryphonem nату minimū testamēto præterijt.
Carolus man^o multis, magnisq; rebus fortiter & preclare ge
stis, in facietatē uersa gloria, secessit in cœnobiū quod ipse
cōstituerat ad Soracte, ibiq; religioni, diuinoq; cultui man
cipatus aliquādiu uixit, demū quietioris uitæ desiderio mi
grauit in montē Casinū, omī rerū cura Pipino fratri relicta.
Pipinus ex hac domo secūsus, ob ignauitā Childerici, decre
to Zachariæ Romani p̄tificis ex præfecto pratorij rex cre
atus est. Ipse Childericus in pristinū redire statū coactus, ha
bitū monachi rursus accepit. Interim Pipin^o iterū trāscensis
Alpibus opē laboranti Stephano Romano pontifici cōtra
Longobardos attulit, quibus acie uictis, ipsū Stephanū p̄
tificiali fastigio restituit. Idē senatorū consilia prius instituit,
& si nō ea quæ nunc eorū forma tūc erat. Nā lege sanxit, ut
semel in annū principes eo cōuenirent, quo rex ediceret par
tim litib^o iudicādis, partim cōstituēdo regno, principes etiā
senatus elegit, qui curiæ præessent, ij semp ipsum regē comi
tabātur. Deniq; domicilio locū Parhisij acceperunt, ubi Pi
pinus uita functus ad ædē Dionysij iuxta patrē sepult^o est,
in alio tamē cōditorio quod ipse uiuēs faciendū sibi curauit.
Pipino patri successerūt Carolus qui post a magnitudine re
rū gestarū magnus est appellat^o, & Caroloman^o, qui reges
ambo decreto p̄cerū designati, sed paucis exinde diebus ab
humanis

Carolo
manus.

Pipinus.

Carolus
magnus.
Carolo
manus.

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

Carolo-
manus.

Pares
Franciæ.

Laius/
græca
uox.

Vniuersi-
tas Parhi-
sienfis.

Ludou-
cus Pius.

humanis exempto Carolomano rerum summa ad eius fra-
trem Carolū relata est, is Hadriano Pontifice maximo per
legatos implorante, copias in Italiam duxit aduersum Dei-
syderium ultimum Longobardorum regem, quo superato
sua restituit ecclesiæ. proinde præcipuis a Pontifice priuile-
gijs donatus abiit. Saxones ad annos triginta producto bel-
lo, domuit, & ad uerum dei cultum compulit. in expeditio-
nis apparatu contra Saracenos, qui tunc Hispanias obtine-
bant, duodecim, quos aiunt, Pares instituit, quorum sex ele-
sent ex collegio sacerdotum, tresq; rursus eorum duces, Re-
mensis Archiepiscopus, Laudunensis, & Lingonensis episco-
pi, Tres item comites episcopi, Bellouacensis, seu Bellouacensis
Nouiomensis & Catalaunensis. Reliqui uero foret ex eo ho-
minū genere, qui non sunt initiati, quos græco nomine Lai-
cos uulgo uocant. Tres duces Burgundus Normannus & To-
losanus. Hunnos idē profligauit, & a Leone Romano pon-
tifice, Coronam atq; imperij insigne cōsecutus est. Optima-
rum artium scholas instituit, & studiorum conuentum, quē
Parhisijs uniuersitatem uocant. Ex Hedelgradæ connubio
eius, quæ Sueuorum familiæ fuit, habuit Carolum, Pipinū
& Ludouicum filios, quibus in uita distribuit imperia. Pipi-
no Italiam, Carolo citeriorem Galliam, quibus amissis, in
societatem principatus assumpsit Ludouicū, mox regni sui
quadragesimo septimo, imperij xiiii. salutis octingentesimo
& quinto decimo, Calē. Februarij, ætatis anno. Septuage-
simo secundo obiit, & sepelitur Aquisgrani.
Ludouicus Caroli magni. F. huius nominis primus, a cle-
mentia morum, cognomento Pius, & si multa prædara libe-
raliter

DE REGIBVS FRANCORVM LIBER I. 9

raliter ac sancte gessit, haud tamen potuit ad eandem uitæ
rationem filios traducere. Lotharius, Pipinus, & paterno no-
mine Ludouicus erant, qui impulsu quorundam perditorū
patrem insimulantium, quasi nimio plus indulgeret Bernar-
do, qui cum Iudith Augusta rem haberet, impia arma arri-
piunt in Ludouicum patrem, tantusq; furor eos inuaserat,
ut ne Gregorij quidem pontificis autoritate adduci potue-
rint, ut ad bonam mentem redirent, quom is hac una de cau-
sa, Gallias ex urbe Roma petisset. Qui indies gliscēte uecor-
dia, patrem, Carolumq; fratrem natu minimum, coniciunt
in carcerē, ad ædem diui Medardi quæ est Suesione, Iudith
in Italiam relegant, ad oppidum Liguria Dertoum, quam
antea a connubio patris auulsam, deduci in Aquitaniam cu-
rauerant, in Parthenone diuæ Radegondæ custodiendam,
quantū Ludouicus adulterij crimine confutato dilutoq; eā
iusto matrimonio sibi iūxerat. Imperio patris inter se diuiso
ipsum fratresq; Carolum Lothario, q; is ætate præcedebat,
asseruados tradūt. Itaq; Ludouicus in Bauariam, Pipinus
in Aquitaniam proficiscuntur, ipsumq; patrem cogunt de-
positis insignibus, imperio se abdicare, & habitum monachi
induere. Sed indigne rem ferentibus optimatum quibus-
dam, quorum potētiam Lotharius formidabat, ipse Ludo-
uicus, & libertatem recepit, & imperium. continuoq; Iudith
ex Italia reuocauit. Per idem tempus Hiero Norman-
diæ princeps, ad ueram Christi religionem conuersus est.
Exiuit hominem Ludouicus ætatis anno Septuagesimo
quarto, superstibus liberis, excepto Pipino. Quorum Ca-
rolus natu minimus imperauit Francis, Lotharius Germa-
niæ, Ludouicus obtinuit Bauariam, Pipinus Pipini F. eius
quem

Ludou-
ci filij.

παρθενῶν,
ὄνομα, locū
significat
ubi uirgi-
nes habi-
tant, qua-
lia sunt
apud nos
sanctimo-
nialiū cœ-
nobis.

Hiero.

Carolus.
Lothari-
Ludou-
cus.

Pipinus.

c quem

quē maturius patre uita functum diximus, Aquitaniam. Carolus Caluus. Carolo cui cognomētū Calui fuit, a morte Ludouici patris obtigit imperiū Franciæ, Lotharius & Ludouicus eius fratres bellū mouent, ab eoq; uicti tandē certis cōditionibus, arma deponunt. Ipse demū Lotharius religioni mancipatus, Lothario & Ludouico filijs regno cessit. Ex ijs Lothari⁹ obtinuit Italiā, designatus imperator obiit diē, Carolus igitur is quē dictum Caluū demōstrauimus, ipsius Lotharij patris, magnis nec intermissis itineribus in Italiā contēdens, ab angustijs Alpiū quas ij præsidio firmatas obstruxerant, Ludouici fratris filios eiecit, & a Ioāne Romano Pōtifice appellatus impator, quom ex Italia Franciā, atq; inde Italiā repetisset, agmēq; ultro citroq; sæpe raperet, ut ecclesiæ dignitatē tueret & Imperij fines a Mauritanis, qui crebris incurfionibus omnia uastabāt, opa Sedechiæ natiōe Iudæi, quom medico utebat, haustu ueneni sublatus e medio creditur, eius exanime corpus adusq; Vercellas perlatū, indeq; trans Alpes in Galliā, Parhisijs ad Aedem Dionysij de more cōdit. Post Caluū Ludouicus eius F. habenas imperij tenuit, is q Ludouic⁹ Balbus ab impedimēto linguæ dictus est, ab eodēq; Romano pōtifice declarat⁹, impator apud Cōpēdiū naturæ cōcessit. In regnū successit ex eo nat⁹, & ipse paterno nomine Ludouic⁹, eiusq; frater ætate minor (ut Galli gētiliter appellāt) Ludouicus Carlonus, Aquitaniā, Burgundiāq; sortitus est. Vtrūq; Balb⁹ ex honesta quidē puella, sed nō ex iusto matrimonio suscepterat. Ita q; Ludouico mature ab humanis exēpro, post paternū decus accepit Carolus eius filius, obitaq; a Carlone, die, Carolus in regno accipit, ex Ludouico Bauaro, uel (ut alij uocatū malunt) Germanico patre editus, eo quē genuit Ludouicus.

Ludouicus cognomēto Pius. Is Carolus ob ignauā dictus est maleferiatus, quom serium nihil ageret. Ita q; ex ocio cōtabuit, & prope fato functus uacuā filio regiam reliquit. Carolus & ipse nomine paterno fuit homo sine fūco & fallacijs, unde Simplex est appellatus, a Rollone Normanno deorū cultore bello petitus, obtulit ei Stilla filiaē matrimonio, dūmodo discederet ab armis, & CHRISTI dogma susciperet, accepit ille pacis cōditiones, & in dotē Neustriā, quæ Neustria. mox a Normānis colonis Normandia dicta est. Ipse p Rollone Roberti nomē assumpsit a Roberto Pictauiesi comite a quo die Iustrico sustēt⁹ est in sacro fōte. Carol⁹ aut Simplex uxore duxit Alginā regis Anglorū filia, quæ peperit ei Ludouicū. Rebellantē generū Rollonem prælio superauit. Ad oppidū Peronam quom uenisset ab Heberto Viromā Hebert⁹ Viromā⁹ dorū regulo, cui⁹ gratia diuerterat, in custodiā cōiectus est. Interea Franci Radulphū Carloni Burgundiæ ducis F. regem sibi creant, unde Ludouicus Simplicis Caroli F. Alginæ matre ex fuga Angliam petijt. Interim duobus iā Iustris Radulphus ita partū regnū tenuerat, & Carol⁹ Simplex in carcere migrarat e uita, quom Frāci Ludouicū & Alginā matrē reuocant ab Anglia, q rerū potitus uaria usus est fortuna. Nā carceri mancipatus ad certā diē fertur a Normānis, & inde eductus Embergā matrimonio sibi iunxit Othonis Germaniæ regis filiam, duosq; ex ea suscepit liberos, Lothariū & Carolū. Remis extremū diē Lothari⁹. D. cccdx. supstitibus quib⁹ dixi filijs, quorū Carolus priuatā egit uitā, Lothario regnū cessit, q nihil illa persona dignū gessit, nisi q; in Normannos & Othonē profectus eius auū c 2 reduxit

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI
reduxit exercitum parum decore, decessitq; sine prole, Re-
mis in eadem qua pater æde, conditus.

PRIMI LIBRI FINIS.

 MICHAELIS RI-
TII NEAPOLITANI, DE REGIBVS
FRANCORVM, LIBER
SECVNDVS.

Carolus.
Abbas
nomen
Syrum.



QVOMQVE Lotharij frater Carolus aspiraret
ad regnum, cuius antea contemptum præ se tu-
lerat, ab Hugone Abbate (Syrum præsulis no-
men id est) eo qui Capetus alioqui uocabatur,
editus, ut aiunt, ex familia comitum Parhisiensium, Aureli-
os in custodiam, Ezellini Episcopi proditione, apud oppi-
dum Landini domicilij sui sedem captus. In eo tamen rerū
statu liberos habuit duos, Ludouicum, & nomine paterno
Carolus.

Hugo. Hugo tamen incubuit regiæ malis artibus occupatæ, seque-
gessit pro iusto rege, quoad obita morte, Francorum regum
conditorijs illatus est ad Aedem Dionysij, diuini natalis an-
no. D CCCC. XCVIII.

Robertus. Hugoni successit ex eo natus Robertus, qui Pontificalis sciē-
tiæ peritissimus, in missarum solennijs, quæ responsoria di-
cuntur, instituit, & rithmicum numerum, cuius est initium

Missæ. Sancti spiritus adsit nobis gratia. Missarum mētio nos ad-
monet originationē eius nominis indagare, ne quis ut for-
didum

DE REGIBVS FRANCORVM LIBER II. II

didum respuat. Antiquitus in illa uana deorum superstitione,
ne, peracta re diuina, conuersus ad plebem sacerdos aiebat,
λαοίς ἀφείρις, id est, Populis missio, ut est apud Apuleium;
quo uerbo potestatem faciebat abeundi uolentibus. Idem
mos a nostris etiam seruatus est, ut libo iam libato, per mi-
nistrum pronuncietur, Ite missa est. Idem ualet quod ilicet,
Idq; id est, ire licet. Nam nostræ religionis autores indifferē-
ter usurpasse missionem missamq; testis est Cyprianus, qui
remissam peccatorum sæpe scribit, & id genus alia permul-
ta. A parte ergo totum sacrificium missa nominatum quasi
missio. Sed & respondendi consuetudo iam tum fuit in cho-
ris, ut Ausonius ostendit,

Dyndimacq; idæo respondent cantica luco.

Responsorium uero nouitium quidē uerbum, sed ecclesiasti-
ca tractanti, liceat in posterum suis ecclesiæ uerbis uti. Ro-
bertum moriens Henricus Burgundiæ rex hæredem testa-
mento scripsit, aduersum tendente Lauderico Aniuersensi
comite, qui Burgundiam sui iuris esse contendebat. hinc or-
to bello, uictoria Burgundiæq; penes Robertum fuit. Is ho-
nori diuorum pluribus & magnificis ædibus extractis, e ui-
ta migravit. ad Aedem Dionysij conditus anno uicesimo
quarto, post initū principatū, liberis superstibus, Henrico
scilicet & Roberto, quos ei Constantia pepererat Arelaten-
sis filia comitis, quam amissa priore cōiuge & Vgone ex ea
filio superduxerat, Item Simone & Almarico, susceptis ex
connubio Nouiomensis Reguli filia.

Paternum decus accepit Henricus, obtinente Roberto Bur-
gundiam, qui fretus Constantiæ matris studio, quæ cesse-
rant in Henrici iura cæpit atrectare, conflato inde bello

c 3 Roberti

Remissa
peccato-
rū apud
Cypria-
num.

Respon-
sorium.

Henricus.

Burgun-
dia ad
Francos.

Henricus.

Roberti uirib⁹, & aduersæ factioni impar Henric⁹ exactus regno, cōfugit ad ducē Normānū, cuius auxilio sua recepit. Deniq; regno quod tāto armorū strepitu uendicarat, ultro uiuens Philippo filio cessit. Anno salutis M. Lx. mortu⁹, illa Philipp⁹. tusq; regū conditorijs ad Aedem Dionysij. Philippus igit̃ Henrici F. a patre accepto regno Bertam Balduini comitis Hollandriæ filiā matrimonio sibi iunxit, ex qua liberos habuit Ludouicū Constantiāq; eaq; dimissa in eius locū Bertrandā duxit, ob eāq; rem a sacris abstentus in iure pontificio dicit̃ ab Urbano secūdo Pont. Max. Protulit is & regni Arpinus. fines, adiectis Bituricēsis ab Arpino duce eorum. Gottifredus. qui cū Gottifredo Bullono socius expeditōis in auxiliū terræ, quā sanctam uocant, iturus ad usus belli necessarios per Bullonus cunia careret, ipsi Philippo Ducatum uendidit. Itaq; ditioris accessione facta Philippus in consortium principatus accepit ex se natum Ludouicum, qui patri successit anno salutis M. CVI. Melduni uita functo, conditoq; ad Aedem diui Benedicti Ligirensis. Ludouic⁹ Philippi F. in Anglos & Henricū gessit imperatorē multa p̃spere. Quomq; Gelasius Pont. max. Henrici suspectas habens opes ad eius fidē cōfugisset, implicit⁹ morbo Matiscone perijt, in eiusq; locū suffectus est Viennensis Antistes Guido cognomine Calistus, is adnitente sūma ui Ludouico Romā uenit, & a cunctis ordinibus faustis acclamationibus exceptus honorē tenuit. Ludouico F. erat & auī nomine Philippus, qui animi gratia Luteciæ Parhisiōrū suburbia obequitans equo obiecta succuli specie cōsternato inde deturbat⁹, interiit. Equidē uereor oblitus operis instituti cuiq; uideri, si de nomenclatura ciuitatis instar Grāmatici disputem, Sed & rerū scriptores hoc

res hoc interdū faciunt, & obiter Homeromastiges, cauendi sunt, ut inquit Plinius. Inuenias qui Parhisius indeclinabili forma dicendū per omnes casus affirmet, & ita multorū seruat usus. Alij nescio cuius Architreus uersificatoris (auctoritas em̃ Boetij in dubio est) adminiculati testimonio cōditam uolūt a Iulio Cæsare, Parhisiūq; singulariter & scemini ne nuncupatā, quib⁹ ut nō accedamus ipse Cæsar in primis facit, qui laudū suarū alioqui non obtrektor, eius (ut istis placet) operis Parhisiū nūq; meminit, ut aliquoties Parhisiōrum gētis, in qua Luteciā Strabo, Mela Pompo. Pliniusq; & Ptolem. statuunt in eo propemodū tractu, quo nunc est, Lutecia. is itaq; fretus autoribus hanc urbem modo Luteciam, quā doq; Parhisiōs appellare non dubitauit.

Ludouicus ab Henrico Cæsare, de quo iam diximus, altero q; Henrico Anglorū rege Henrici prioris genero, bello petitus, ossa diui Dionysij, eiusq; sociorū ad id tempus intacta a conditorijs eduxit in aciem, ex qua uictor eadē suppositis humeris in loculos suos maxima cum ueneratione rettulit. Ludouic⁹ iunior. In consortium principatus ascito Ludouico filio, qui Junior appellatus oleo tinctus, insigne regij capitis permissu patris accepit, & paulopost administrationē, quom pater morbo lāgueret, ex quo decessit maior sexagenario, quom xxx. circiter annos imperasset. Agens animā deponi se iussit humi in tapeto strato in quo designata crux erat ex cinere. Sepultus & ipse est ad Aedē Dionysij supstitibus (extra Ludouicū) quatuor eius filijs, Henrico Episcopo bellouacē. Philippo Parhisiensi archidiacono, Petro qui filiam Reginaldi comitis uxore ducta, defuncto socero decessit, & alio cuius apud autores nomen haud inuenio quem Roberti comitis Pertici

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

Pertici Druidarumque patrem fuisse memorant. Ludouicus iunior adhuc uiuente patre despondit Elionora unicam ducis Aquitaniae filiam, qua duarum ex se puellarum iam matre dimissa, Constantiam regis Castellae filiam superduxit, eaque ex secundo partu mortua, Alisam Blesensi comite natam sibi iunxit, ex qua exacta pene aetate, multis precibus fatigato deo, Philippum sustulit, eum cui inde cognomentum fuit Adeodatus, quem pater aegre puberem, quom bis septenos impleret aenos, ad regium decus euexit, oleoque tingendum curauit, & ornari diademate primum Remis, iterum Parhisijs apud Lutetiam.

Philippus Adeodatus.

Ioannes de tpijs Longaui reges.

Per eosdem dies obiisse fertur Ioannes quidam de temporibus, cuius uitae longinquitas absoluit antiquorum fidem, nec fabulosum uideri sinit Arganthonium Tartessorum regem centum quinquaginta annis uixisse. Cyniram decem amplius. Aegimium ducentos ut in Aetolia quosdam gentis Epiorum. Reges Arcadum trecentos, in Illyrico Dandone quingentos, a principatu namque Caroli magni cecidit, circiter annos in rebus humanis fuisse creditur. Expeditione praeterea Ludouicus cum Conrado imperatore paribus auspicijs in terram sanctam suscepit, obita demum die, sepultus est in Aede cenobij de Barbello, quod ipse uiuens extruxerat.

Philippus Adeodatus.

Iudaeorum expulsio.

Philippus Adeodatus, acceptis a patre regijs insignibus adhuc adulescens, omnibus exemplis usus est in Iudaeos iudicio conuictos, Christianum puerum quotannis immolare solitos, in eos etiam qui conuicia faciunt in deos edicto, poenam statuit. Defuncto patre Iudaeos regni sui finibus eiecit, in Anglos & eos qui manibus ecclesijs inferebant, egregie multauit.

DE REGIBVS FRANCORVM LIBER II. 13

Matrimonio sibi iunxit Isabellam Balduini Comitis Annoniae filiam. Copias ad asserendam terram sanctam duxit expeditionis socio Ricardo Anglorum rege, Christiani natalis anno M. CLXXXIX. Basilicas Apostolorum Petri & Pauli in urbe uisit, & Caestinum pontificem max. Quomque sub eius principatu Iudaei, Christiani generis hominem spinis coronatum, crucis patibulo suffixissent apud Braium muliere, quae tunc oppido potiebatur empta muneribus, ut rem dissimularet, eo Philippus agmine raptim ducto Iudaeos octoginta, quot in eius potestatem uenerunt, alijs in fugam coiectis, excitato rogo uiuos cremauit. Isabella iam fato functa, Sororem Caym Dalmatarum regis Embergam duxit, eaque mature dimissa cum Maria Boemorum Ducis filia nuptias celebrauit. Iudaeis grandi ab eis accepta pecunia reditum concessit & domicilium Parhisijs. Ludouico quem filium susceperat ex Isabella, Blancham despondit ex rege nata Castellae, Ioannisque sine terra sororem eius, qui Ricardo successerat in Angliae regno, diem clausit, anno salutis M. ccxxiiij. rerum potitus annis quadraginta quatuor, ad Aedem Dionysij conditus.

Iudaeorum reditus.

Regni gubernacula Ludouicus excepit eius nominis octauus Adeodati F. annum agens xxxiiij. materno genere in Caroli magni regnum ius habere praetendebat. Etenim Carolus Ludouici quarti F. is quem demonstrauimus ab Vgone capeto Landini Custodiae mancipatum, genuit Emengardam qua matre Balduinus est editus Annoniae comes & Isabella pater eius, quae Philippo peperit Ludouicum, qui domitos Auenionenses, ab haeticorum laqueis, in quos incidierant, quom non posset euellere, septimo demum d anno

Auenio expugnatur.

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

anno securos edicti inq; opinionis errore pertendentes ad
ortus, eorū mœnia solo æquauit, trecentasq; euertit domos,
inde protinus in Albigēses eiusdem sectæ profectus, quom
suum reduceret exercitum subita, ui morbi correptus obiit
ad Monpenserium. Defuncti corpus illatum Parhissios est
ad Aedem Dionysij, tumulatum iuxta patris Philippi sepul
chrum. Superstitēs ei fuerunt quatuor ex Blancha liberi, Lu
douicus eodem quo pater nomine, Robertus, Alfonsus, &
Carolus.

Ludoui-
cus non^o.

Itaq; Ludouicus natus maximus, ille qui mox a Bonifacio
consecratus est octauo Romanorū pontifice, paternum de
cus accepit, annum agens duodecimum, Roberto fratri per
misit Arthesium, post & Atrebatum largitus est, oppressit
in se surgentē principū factionē, profligatis Anglis, quos il
li numerū prædæq; spe sollicitatos in Galliā transire cōpu
lerant, habuit uxorem Margaritam filiā comitis prouinciæ
quæ Narbonensis appellatur, pars Galliarum quæ interno
mari alluitur, Brachata antea dicta, amne Varo ab Italia di
screta Alpiūq; iugis, eiusq; fratri Roberto ducis Braban
tiæ filia nupsit. Erexit & Ludouicus sacellum quod sanctū
uocāt. Ibiq; lanceam, spongiāq; dominicæ passionis instru
menta, quæ Balduinus Imperator Constantinopolis ei do
no miserat, ornatissime collocauit. Alfonsus etiā fratri comi
tis Tolosæ filiam, Carolo Beatricem Germanā suæ cōiugis
eodēq; patre natam cū spe successionis ad comitatum locan
das curauit. Ipse Alfonsus comitatus Aluerniensem, Pictaui
ensemq; Carolo Cenomanēsem largitus est. Hic est ille Ca
rolus qui Sicilia regno potitus, hodieq; primus appellatur.
Ipse Ludouicus uoti reus, ob ægritudinē qua laborabat ad
medicorum

Carol^o Si
ciliæ Rex
Ludoui-
cus.

DE REGIBVS FRANCORVM LIBER II. 14

medicorū desperationem suscepti, profecturus in terrā san
ctam, Regni curā Blanchæ matri Alfonsiq; germano com
misit. Ingressus iter offendit Innocentiū quartū Pont. max.
Lugduni, suppliciter auxilia petentem contra Federici secū
di impotentem dominatum, quo se Roma pulsum dicebat
inde trās mare petijt Asiam, Damiatamq; Aegypti urbem
ui cepit, in ea tamen expeditione multa passus incōmoda
cum Carolo tandem fratre captus in Saladini potestate ue
nit, a quo pacti certum auri pondus, postliminio dimissi in
Galliam reuerterūt, ubi Ludouicus plura monachorū Cœ
nobis cōdidit, & Asyla Misericordiæ consecrata quæ etiam
nunc extant. Autore demū pontifice salutis anno M. cclxix.
classē duxit in Aphricam, stipatusq; tribus filijs Philippo
Ioanne, & Petro Saracenorum uictor, apud urbē moritur.
cui nomen Tunæ. Exectum iamq; per annū siccātū corpus
in Gallias aduehūt, & ad Aedem Dionysij de more tumu
lant, extis exenterati cadaueris in Sicilia conditis in templo
Montis (ut uocant incolæ) regalis.

Imperiū Philippus excepit, is cui nupta fuit Isabella Iacobi
regis Aragonū filia, atq; in dotē traditū Carcasonū, quom
tamē is antea cessisset iure, si quod ei competeret in Celtibe
ria, quæ Catalania nunc est, & Ruscinone, cum patre castris
in Libya positis obsidionem non antea soluit, q̄ supplicem
Regē compulit, iniquas pacis accipere condiciones. In Galli
am rediens ad diem consilium Lugduni coegit anno salutis
M. cclxxij. cui Gregorius Pont. max. interfuit & præfuit. Isa
bella cū ter ex eo iam peperisset, Ludouicum, Philippumq;
& Carolum, naturæ concessit, eius uir alterā duxit uxore Du
cis Borbonij filiam, quæ Ludouicum priuignum ueneno
d 2 tollendum

Philipp^o.

tollendum curauit. Interea Philippus in Aragonum regem Petrum mouet, occupatam ab eo Siciliam, quæ concesserat in eius patris ius, quem Carolum primum fuisse demonstrauit, belli causam prætexuit, Aliquot oppidis insulæ iam portus subita uis morbi solutus est. Superstitibus ex Isabella Philippo, qui patri successit & Carolo Vallesij comite, ex Maria Ludouico comite Ebroicensi, Margarita ac Blanca filiabus, quarum altera Anglorum regi, altera Austriæ Ducibus nupsit.

Philippus itaque Pulcher a præstantia formæ cognominatus, initio similitates cum Bonifacio Pont. max. deinde professas exercuit inimicitias, edictoque prohibuit ex regni suis finibus auri, argentiue facti, infectiue quicquid Romam ferri. Demum proditione Sarra columnæ, qui sub eo stipendia faciebat, ex quo Pontifex oppido trahebat originem, comprehensus in urbem deducitur, ubi paulo post ex animi incero relapsus in ægitudinem breui periit. Hoc ipso Philippo regnante, Clemens Quintus ex urbe migravit Auenionem. Sedemque pontificatus eo transtulit anno salutis M. cccv. perque Septuaginta quatuor annos secuti Pontifices ibi permanserunt. Eorum qui Templarij dicuntur instituta iam olim secta, ab ipso Clemente Viennæ damnata est, anno postquam transiit in Galliam septimo. Philippus habuit liberos tres, Ludouicum qui dictus est Vtinus, excepitque mortuo patre sceptrum, regemque Nauaræ, & Philippum Pictauiensium comitem, itemque Marchiæ comitem Carolum, quorum duorum coniuges adulterij delatas apud socerum satis constat in carcerem coniectas. Excessit inde Philippus, anno salutis M. cccxij. mense Nouembris, illatusque est in Aedem.

Philippus
Pulcher.

Clemens
quintus
pontifex
maxi.
Templarij.

Ludouicus
Vtinus.

Aedem Dionysij, quom regnasset annis duodeciginta Ludouicus is cui cognomen fuit Vtinus, Rex Nauariæ Philippo patri successit, initoque statim principatu in quosdam patris amicos capitali supplicio animaduertit, & ludæos intra regni sui fines, habere domicilio locum permisit. Vxoremque duxit Clementem Roberti regis Siciliæ sorore, quæ necessitudinis aliquo uinculo sibi propior erat. Haud enim dubia fides est Diui Ludouici filium fuisse Philippum, quo patre Philippus cognomento Pulcher editus est, is qui Ludouicum genuit, quo de nunc agimus, Ex altero cognationis gradu, Carolus Ludouici frater ob merita consecratus Sicilia rex, alterum sustulit Carolum, quem secundum uocamus, is numerosam prolem suscepit, & in ea Martellum, Robertum, Clementem, quæ Ludouico nupsit, eique mature elato grauida superfuit. Exactis iam mensibus, uteroque maturo Clemens enixa infantem est, cui postea Ioanni nomen fuit, is patris imperium suscepit, remque administrauit per Philippum patrum Pictauiensium comitem. Nec multo post fato functus, occasionem Philippo dedit, ut regnum quod antea procurabat, in se transferret.

Philippus ergo Pictauiensis eius nominis Quintus, quom tres haberet filias, ex his unam duci Burgundiæ, aliã comiti Niuernensi, tertiam Delphino Viennensi matrimonio collocauit, absque uirili sobole quom decessisset, exacti cadaueris exta, contendentibus inter se minorum, prædicatorumque sectæ flaminibus apud utrosque bifariam condita sunt, ad Aedem Dionysij corpus illatum.

Ab hoc regnum Carolus eius frater accepit, Marchiæ comes & ipse cognomento Pulcher, is in spem successionis grauidæ coniugis

Ludouicus
Vtinus.

Carolus
secundus.

Philippus.

Bellum certamen & uere Christianum.

Carolus
Pulcher.

d 3

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

coniugis utero relicto mature decessit. Dum conceptus utero matris in spem regni gestatur, agi coeptum cui potissimum rerum cura committeretur, ad se quisque prouinciam summa contentione trahebant duo maximi competitorum Carolus Vallesius alterius Caroli patruus, eius quem Marchiae Comitem demonstrauimus & Regem nouissime factum, & Edouardus rex Anglorum tertius ex Maria natum eiusdem Caroli sorore. Effusa principum studia Vallesium praetulerunt. Interea Vallesius interrex obiit. Iraque de posterioris sexus infante quam Regina pepererat e gubernaculis eiecit, Philippus Caroli Vallesii, defuncti F. & Catharina Balduino patre genitricis Constantinopolis imperatore, regia potitus est.

Philippi Vallesii parentes.

SECUNDI LIBRI FINIS.

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI, DE REGIBVS FRANCIAE, LIBER TERTIVS.

Philippus Vallesius



PHILIPPVS Vallesius huius nominis Sextus aduersus Edouardum Anglorum regem bellum sumpsit. quod is eius auunculo Carolo sine uirili prole defuncto. iure gentium sibi qui propior esset a stirpe. regnum committere contendebat. Inito sepe praelio tandem Philippus apud Clusas Anglos nauali pugna superauit

DE REGIBVS FRANCORVM LIBER III. 16

rauit. Ab Imberto praeterea Viennae Delphinio Philippi Pictauiensis eius appellationis Quinti Regis ex filia nepote, Philippi uero Vallesii, qui nunc in manibus est Sobriani, quom liberis careret, impetrauit, ut successorem sibi designaret ipsius Philippi nepotem Carolum ex Ioanne patre genitum Duce Normanniae, filiorumque eius natu maximo. Mox Imbertus accepta a Philippo pecunia iurauit in uerba sectae Praedicatorum, principatuque Philippo cessit, exindeque Delphinatus penes Francorum reges fuit, aut eorum filios natu maximos. Hominem Philippus exiuit aetatis anno quinquagesimo septimo, principatus sui uicesimo tertio. Conditusque est ad Aedem Dionysii.

Delphinus natus ad Francos.

Post eum Ioannes eius F. accepit imperium, qui dum parum prospere cum Ricardi Anglorum Rege Edouardo filio manum conserit, accepta clade uiuus in hostium potestatem uenit, & cum eo circiter Equites Centum septuaginta. Quibuscum Burdegala deductus, acceptis conditiuonibus & promissa grandi pecunia, quarto post anno dimissus est. Ex eo nati sunt qui patri successit Carolus, Philippusque comes Turonensis, & Ludouicus Andegauiae Dux, Bituricensisque Dux. Ioannes anno salutis Millesimo Tricentesimo sexagesimo quarto, Landonis e uita quom migrasset, ad Aedem Dionysii conditus est.

Ioannes.

Carolus in locum patris habenas imperij sumpsit, is qui Sapiens appellatus est, & de more Remis ex oleo tinctus, acceptoq; regij capitis insigni Parhisios redijt, euestigioq; Philippum fratrem Burgundiae ducem declarauit, ab eo tamen antea recepto Turonensi comitatu. Philippus autem quom Margaritam Ludouici Flandriae conubio sibi iunxisset, defuncto focero Flandriae

Carolus Sapiens.

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

Flandriæ comitatum per uxore quæ patri successit, adeptus est. Ipse Carolus in magna pecuniæ facultate, uectigalibus imponendis acerbior fuit, legem præterea tulit apud Francos ut regis filius natus maximus, amisso patre, statim ingressus annum quartum decimum per se regnū gereret. Huius principatu Gregorius xi. apostolicam sedem, cui tum præerat ex Auinione Romam reduxit. Carolus apud Viennas agri Parhisiensis parte diem clausit, illatus in Aedem Dionysij, salutis anno M. lxxxii. superstibus intra pueritiam liberis, natus maximo Carolo & Ludouico. qui Dux Aureliensium post ea fuit. Moriens pater testamento cauit, ut Ludouicus Andegauensis ætatem Caroli filij regeret, remque moderaretur, quoad ille pupillus esset. Carolus & ipse pater

Carolus.

no nomine ætate nondum integra, Ludouici patris consilio ut moriens pater mandauerat, omnia gerebat, is quom uenaretur in saltu, cui nomē Syluanecto, ceruum cepit, aneo circa ceruicem torque, cū hac inscriptione, HOC ME CAROLUS DONAVIT. Itaq; ex illo instituit, ut & ipse, suiq; posteris effictam in campo liliorum cerui imaginem cum aureo torque pro insigni haberent. Aurelianensium duci sine prole defuncto quom successisset, eos habendos Ludouico fratri concessit, & si receperat Aurelianensibus eosdem a regni corpore non auulsurum.

Ceruus torquat.

Per idem tempus Clemens VII. Pont. Roma. autor ecclesiasticæ seditionis legem tulit, de gratijs expectatiuis & annatis. Ad hæc Ioannes Monteforus eius sectæ professor, quæ Prædicatorum dicitur, in concione Parhisijs ausus affirmare, matrem domini non esse conceptam sine originali latibe coram Innocentio VII. Romanorum pontifice causam dixit

Ioannes Monteforus.

DE REGIBVS FRANCORVM LIBER III. 17

dixit, a quo palinodiam canere coactus est. Ludouicus insuper Andegauensium dux eius patruus Neapolitanorum rex appellatur, ibiq; diem clausit. Idem Carolus ingenti prælio uictis Flandrensibus, in quo quatuor hostium milia cecidisse rumor est, infregit Parhisiensium, cum in eius patrem, tum in se contumaciam. Nam uectigalia a plebe per tumultum sublata restituit. ferreas etiã catenas quibus impediri uia iam tum antiquitus solitæ tolli iussit, Urbisq; portas dirui, neq; clementius egit in Rothomagenses, quos eiusdē culpæ uolebat affines. Elatis alijs quoscūq; susceperat liberis, unū Carolū superstite reliquit & successore. Laborauit interpellato furore dū uixit, & argumēta commotæ mentis interdum dabat. Eius etiam frater Aurelianus Dux Ludouicus immixtis percussoribus a Ioanne Burgundia Duce eius sobrino noctu Parhisijs interemptus est. Ipsi quoq; Ioanni par exitus uitæ, eademq; necis fors obtigit, a quodā Ludouici familiari iugulato. Carolus autē Rex anno salutis M. ccccxxij. diē clausit. Ab eo regnauit & ipse nomine paterno Carolus, quem uulgo Septimum memorant, quom satis ex historia fide constat, octauum fuisse. Carolus enim Magnus, Carolus Caluus, Carolus iners & maleferiatus, Carolus Simplex, Carolus Marchiæ comes & Carolus is quem per interualla furere solitū demonstrauimus, ante eum rerum potiti sunt.

Rex Neapolitanus Fladren. uicti.

Carolus.

Ludouic. Aureliani cædes.

Carolus septim. dictus octauus.

Bituricensium rex. Anglorum assertio.

Hic autem Carolus Anglorum, Burgundionumq; bello perditus, omnibus regni finibus amissis, extra Biturices, eo se contulit, unde Bituricensium Rex ab hoste per ludibriū dictus est. Henricus enim Henrici regis Anglorum Filius inter titulos, Angliæ Franciæq; regē se scribebat, specioseq; iactabat se

e bat se

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

bat se non armis aliena occupasse, sed iniecta quodammodo manu regnum Franciæ, quod optimo iure sibi competere, asseruisse, Tum quod e maioribus suis, Edouardū Philippī Pulchri ex Maria filia nepotem, quom nulla uirili prole Carolus Marchiæ dux obisset diem, Philippo Vallesio posthabendum non fuisse diceret, tum maxime quod eius patre Henrico ducete Caroli de quo sermo nunc est sorore triginta annorum pace inter Anglos & Gallos firmata, federis & nuptiarum conditionibus adiectum uideri uolebat hoc, Ut si coniugi superesset Henricus ad eum Franciæ regnum spectaret, si minus ex eodem matrimonio procreandi liberi, defuncto Carolo septimo succederent. Afflictis itaq; Caroli rebus ex oppido Valcolore puella circiter annorum xx. Regem adiit, armisq; uirilibus instructa militis obibat munus. Eius auspicijs & ductu Aurelianensis urbs ab Anglorū obsidione eximitur, & aliquibus in locis prospere pugnatum est. In Gallia quoq; Belgica receptæ pleraq; ciuitates & in ijs precipua Remensis, ubi Carolus more maiorū tinctus ex oleo regium capitis decus accepit. Interim Puella de qua dixi, dum Gallis obsessis apud Compendium subsidio uenisset, eruptioneq; facta in oppidū se reciperet, insidijs excepta, uenit in hostium potestatem, quā Ioannes Luxemburgus Anglis ut ancillā uendidit. Illi Rothomagum deductā ultimo supplicio afficiūt, adiecta causa, quod mulier oblita sui sexus habitum uiri sumpsisset. Habuit Carolus filiū Ludouicum nomine Delphinium Viennæ, cui Margaritam regis Scotorum filiam despondit, ipse Ciarloctam sororem ducis Allobrogum, uel Sabbaudiensium matrimonio sibi iunxit. Receptaq; Lutecia Parhisiarum ualida fames incubuit.

Puella
Franciæ.

Ludouicus xi.

Fames.

DE REGIBVS FRANCORVM LIBER III. IS
buit, editaq; sunt a lupis hominum cædes. Ipse quoque Ludouicus Delphinus alēdus a patre emādatus ad Marchiæ comitem abiecta disciplina paterni regni fines incursionibus infestare cœpit, & urbes ad defectionem sollicitare. Sexto tamen ex quo descuerat ab ipso mense, cum patre rediit in gratiam.

Per idem tempus Aurelianensiu Dux Carolus eius Ludouici F. quē Parhisijs interemptū diximus, ab Anglis apud quos inter captiuos per annos xxv. fuerat quatercetenis aureorū milibus datis, postliminio dimissus ad sua redijt. Carolus autē Rex Ioanne Dunensi comite Aurelianensis Ludouici Notho filio Duce, ab Anglis Normanniā recepit in tra annū & dies sex, ex quo bellū mouit, in qua sunt oppida quatuor nonaginta munitissima, Sex urbes Episcopales & una Metropolitana, Recuperauit & Aquitaniā quā cxi. per annos Angli tenuerant. Iterato uictis Burdegalensibus & Aquitaniā iam pacata Ludouicus impetrata a patre missione, reuersus est in Delphinates, inde quom omnia ageret in prædā, proindeq; pater in eū mouisset, ad Pihlippū Burgundia Ducē se recepit, apud quē decennio fuit, adusq; patris obitū. Fuit & Magdalena filia Carolo, quā Ladislao despōdit Imperatoris Sigismundi filio, qui rerū potiebatur apud Vngaros, ea tamen ad uirū deducta nō est, immatura morte præuentū. Deinde Rex inedia periit a medicis iniuncta, contra uim ueneni quod affirmabant ei datum.

Habenas imperij Ludouicus accepit undecimus, initoq; sta Ludouicim principatu pceres opinati iniquū sibi fore, eius fratrem Bituricensiū Ducē Carolū in Ludouicū sollicitant, isq; primo se cōtulit in Britānos. Interim Ludouico apud Monlericū a Ludouici fuga.

Carolo duce Burgundiae fuso, proceres iunctis copijs urbem
 Parhisorum, quo Ludouicus ex fuga se receperat obsident,
 agiq; de pace coeptum, quae data est ijs conditionibus, ut Ca-
 rolus Ludouici frater Bituricensi ducatu cederet, acciperet
 Normanniam, certa pecuniae summa, uel urbes ijs uirtute
 darentur, qui cum Carolo senserant. Itaq; uoce praconis ad
 tertium Kalen. Nouembris anno salutis M. cccclxv. pace
 promulgata anno sequenti, Parhisos adorta pestis, ad ho-
 minum quadraginta milia dicitur occidisse. Ludouicus Lu-
 strum condidit, armatosque Parhisienses bis censuit, semel
 quom bellum Burgundis indixit, Christiani natalis anno
 M. cccclxvij. iterum quom per oratores Aragonensis Rex
 ab eo pacem peteret in bello Perpenianico. Priore lustro cen-
 sa sunt hominum milia septingenta, posteriore quatuor &
 centum. Carolus instaurato bello mouit in Ludouicum, quod
 ab eo contra foedus a Normannia deturbatus esset. Auxili-
 um ferebat Carolo Britanniae dux, unde Ludouico necessa-
 fuit, ut rem componeret, Aquitaniam fratri concederet, tan-
 q; patrimonij portionem. Sed eo non ita multo post hau-
 stu ueneni sublato, Ludouicus Aquitaniam recepit. Ducem
 quoq; Nemosis causam dicere coegit, & Loysium Luxem-
 burgum copiarum Praefectum, quem Conestabularium Gal-
 uocant. Et damnatos secuta poena est, utroq; securi percus-
 so. Carolus interea Burgundiae dux Edouardum Angliae
 regem Ludouico hostem fecerat, & is in Galliam traiecerat.
 armatorum uiginti milia, diffusus itaq; rebus suis Ludou-
 cus in colloquium cum Edouardo descendit ad Pigniacum.
 grandiq; pecunia non in praesens modo pacem, sed etiam in-
 ducias emit in annos septem certum stipendium pactus in
 annos.

Censu Pa-
 rhisienses

annos singulos. In acie mox eo bello quod Duce Renato
 Lothoringo gesserunt Heluetij caeso Carolo Burgundionum Heluetij.
 duce Ludouicus praesidio nudatam nactus, superiorē Bur- Caroli
 gundiam recuperauit, eiusque filio natu maximo Margari Burgundi
 tam Caroli Burgundi neptem despōdit, ex Maria filia, qua caedes.
 Maximiliano de Austria Romanorum regi nupta Margæ
 ritam pepererat. Inde pacem cum Flandren. habuit. in ad-
 uersam ualitudinem lapsus anno salutis M. cccclxxxij. Tu-
 ronis obiit, illatusq; in aedem Diuae Mariae ad Cleriacum.
 Subijt in eius locum Carolus Delphinus, is quē susceperat
 ex Ciarlocta Sabaudiensi, quom duas antea puellas peper-
 risset, quarū alteram pater eo tempore Pyrrho de bello io-
 co nunc duci Borboniensi collocarat, alteram Ludouico Au-
 relianensium Duci, qui postea defuncto sine prole Carolo
 successit.

Rumor est Caroli die natali inuolasse cubiculū, in quo edi- Carolus
 tus est examen apum, quod & Ludouicus pater, & qui ade- octauus
 rant, in prodigium uerterunt. Et iam Carolus agebat annū aut nono.
 tertium decimum, quom regnum iniit, Annae sororis eius,
 Pyrrhi de bello ioco cui nupta erat Anna, consilio gereban-
 tur omnia, quod indigne ferens Aurelianensis Ludouicus
 excluso se regnum per alios administrari, socijs quibusdam
 principibus qui cū eo sentiebant, utilitatis (ut aiebat) publi-
 cae gratia, bellum mouit, auxilio Britanorum fretus, initium
 motus in campo Aurelianensi factus, quom Carolus se rece-
 pisset Aurelios, & ipsi Bugliansiacum tenerent. Egressus ob-
 uiam cum exercitu Carolus Ludouicum referre pedem cō-
 pulit, is in fidem ducis Alanconij cōfugit, interea dum eius
 hospitio utebatur agere de pace per oratores & internun-
 cios non.

cios non desinebat.

Honestis itaq; conditionibus impetrato reditu uenit ad Carolum, Verum sibi timēs, ut postea causatus est, apud eum diu non fuit, in Blesiam primo elapsus, inde unius diei itinere proximos Britanniae fines petijt.

Interea ciuiliū bellorū motus a Ioanne Borbonij Duce Angolismensiq; comite excitati, Carolum coegerūt adhuc adulescentem cum copijs ad Bituricenses accedere, sed ab armis honestis conditionibus utrinq; discessum.

Quom Ludouic⁹ in humanis ageret impuberi Carolo Margaritam despōderat Maximiliani Romanorū regis ex Maria Burgunda filiam. Veniebant ex Britannia Carolo nuncijs minus læti, in armis esse Britannos, omnemq; belli impetum in Galliam effusuros. Itaq; occupandum sibi ratus, Nematensem adortus urbem cū toto comitatu redegit in potestate. Ea res Maximilianū mouit in Carolum, q; is indignū putaret in conspectu pene suo Britaniā, quā spe uorabat, a Carolo uexari, quippe Maximilianus amissa Maria Caroli focu nouas nuptias cum filia Britannorū Ducis affectabat. Ita q; cœpit excursionibus & iusto exercitu Picardiae fines urgere. Verum Carolus & si per legatos bellū gerebat. Alamannis tamen profligatis eius conatus facile repressit. Expeditionēq; in Britannos institutam prosecutus, Annā Francisci Britannorū Ducis filiam, quæ mortuo patre, reuē potiebatur, & Maximiliani connubio per oratores & certos homines erat pacta, coegit imperata facere Britannis ingēti praelio uictis ad Diuum Obin. in quo Ludouicus Aurelianensis captus ad Carolū deductus est. Carolus Annā dimissa, Margarita matrimonio sibi iūxit, ex qua duorū subinde liberorum

Margari-
ta.

Ludouic-
cus capit
Anna du-
citur.

liberorū pater, utrunq; extulit. Pacata iam Britannia Andagauensiu ius in regnum Neapolitanū, quod sibi generis serie competeret bello persequi statuit. cum maximis itaque copijs Augusti mense profectus proximo Februario Neapoli potitus est & regno, qua fortuna atq; euetu latius & distinctius alibi demonstrauimus. In Gallias exercitum redenti iter intercludere Veneti. Longobardiq; tentauerūt ad annum Tarum iunctis oppositi copijs. At is acri cōmisso praelio per ingentes hostium strages armis iter aperuit. Interea Neapolis a Caroli fide descuerat, & redeuntibus Aragonis portas aperuit. Carolus in Galliam reuersus agitabat animo regnum recuperare, sed eius cōsilia mors interrupit. Aprilis em nocte septima, quā celeberrimus Christianis dies Palmarū sequitur, Apoplexia periit, absq; liberis, illatusq; est ad Aedem Diui Dionysij prope Luteciā Parhisiōrū. In eius locum certantibus omnium studijs summoq; principum consensu suffectus est Aurelianensium Dux, is de quo paulo ante dixi, Ludouicus. Qui nihil habuit antiquius, q̄ primo quoq; tempore per dispositos equos & litteras Alexandro Sexto Pont. Max. cæterisq; finitimis potentatibus significare se regem declaratum. Quomque de more Coronam Remis acciperet, atque ex oleo cælesti tingeretur, ecce nuncius affertur a Maximiliano Romanorum Rege Burgundiam bello petitam. Ludouicus obuiam missis Ducib; ubi satis in præsens prouisum putauit, inaugurationē suam prosecutus, inde discessit obiterq; lustratis aliquot regni sui ciuitatibus Luteciam Parhisiōrum uenit. Ciuitas omnis obuiam effusa cum cōiugibus ac liberis, sacerdotes insignibus, ut moris est, intrantes primum Reges acceperunt.

Neapolis
capitur.

Ludouic-
cus xij.

A Regibus

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

Philippus
archidux

Expedi-
tio in
Sphortia

A Regibus Hispanorum missi legati renouata, firmataque pace redierunt. Anglorum Regi seruatum foedus, quibus ictu conditionibus cum superioribus utrinque Regibus, id amplius additum, ut alterutrius tantum uita finiretur. Audita quoque est a Philippo Austriae duce, Flandriaeque Comite legatio cum qua conuenit, ut quatenus intra Francorum fines impetrat Philippus, in uerba regis iuraret, oppidaque ei restitueret omnia quae tunc erant reddenda ex icto foedere cum Carolo octauo. Cum Venetis & Florentinis oratoribus, utriusque gentis nomine, percussum foedus.

Rebus ita compositis expeditionem sumit in Ludouicum Sphortiam Mediolanensis incubatorem principatus ad se spectantis ex successione Valentinae eius auiae, Ioannis Galeaz primi Ducis Mediolanensium filiae sponsaliorumque tabulis, in quibus cautum, ut si genus ex stirpe uirili deficeret ad Valentiam, eiusque liberos imperium deuolueretur, eaque conuenticio Pontificis etiam decreto firmata est fore, quomodo per id tempus imperii sedes interregno uacaret. Itaque primo eius aduentu, fugato Sphortia Ludouico, potitus insubribus, excepta Cremona quam Venetis ex foedere concessit, Ipse etiam Rex Mediolanum uenit, ubi simul ac Insubres, & qui Genuam colunt Ligures in eius uerba iurauerunt, in Galliam rediit. Antequam discederet, in Galliam Togata, quam uocant Romandiolam, partem copiarum, tormentorumque misit, ad expugnandum Forum Corneli, quod hodie mutato nomine dicitur Imolam, Forumque Liuii quod adhuc appellationem retinet, aliasque in uia Flaminia quasdam ciuitates, quibus in potestatem Caesaris Borgiae Valentiniensem Ducis, & Alexandri Sexti Pont. Max. filij redactis, iter Pisaurum

DE REGIBVS FRANCORVM LIBER III. 21

Pisaurum uersus ingrediuntur, & ecce Mediolanenses ad Ascanium Mariam Sphortiam Cardinalem Ludouici fratrem deficiunt, & Ascanium primo intra muros accipiunt. Mox etiam cum Helueticorum Germanorumque conducto milite Ludouicum. Proinde reuocatis e Flaminia copiis nouoque supplemento e Gallia misso Ludouicum Sphortiam sine certamine uiuum Galli capiunt Arcem Nouariae tormentis, ad motisque machinis oppugnantem. Quomodo paulo prius urbe facta deditione potitus esset, in hostium potestatem uenit, a Germanis desertus. Ii namque promissa a Gallis impunitate & tuto reditu domum cupide reuerterunt. Nec multo post Ascanius in fugam coniectus, incidit in praesidium Venetorum, Ductusque Venetias intra paucos dies a Venetis belli sociis ad Regem mittitur. Appulit etiam Ludouicus animo recuperando Regno Neapolitano, in quo foedere cum Ferdinando Aragoneo & Elisabeth Hispaniae regibus iis conditionibus, ut bello partum regnum Neapolis ex aequo diuiderent, Alexandro Sex. Pont. Max. quicquid ecclesiae competere utrique concedente, protinus ineunte uere copias eo mittit Promontorium Gargani, sustinet eiusdem nominis oppidum Apulis cognomento Daunijs attributum, quod Hispani sibi deberi contendebant ex ipsis conditionibus societatis, & formula foederum Gallis in medio relictum communeque ex aequo diuidendum reclamantibus, initio diuicte iurgio ad arma discursum. Galli priores Hispanos acie pulsos intra Barolum compulerunt, unde liberius euagantes diuicte copiam per omnes regni fines adepti, neglexerunt Hispanos obsidere, qui Barolum praesidio tenebant, & arces aliquot.

Ludouic.
Sphort. ca
pitur.

Ludouic.
in Nea/
polim.

Hostes

Hostes ad omnes occasiones intenti, Barolo silentio noctis egressi Rubum perueniunt, oppidoque expugnato, praesidium Gallorum opprimunt.

In ipso fere tempore Germanorum peditatus, ab Hispanis mercede conductus occurrerat, unde tantum fiduciae creuit Hostibus, ut Nono Kalen. Maij Christiani natalis anno M, DIII. eductis omnibus copijs ad pontem Cannarum castra posuerint, haud procul a Gallorum castris, quae secundum ripas amnis Aufidi ad Caunusium habebant. Post stridie tentantibus Hispanis oppidum Cydoniola ui capere, quom Galli subsidio uenissent acriter utrinque pugnatum, donec equites Gallorum ab extrema acie nullo premente sese receperunt. Ea re animaduersa, Equites Hispanorum auxiliares Itali, Gallorum a fronte praerantium latera adorti perturbauerunt. Iis ita fugatis uictoria fuit apud Hispanos. In eo praelio occubuit Ludouicus Nemosis dux Armigniaci comitum gentilis, qui Legatus Regis personam uicemque sustinebat. Hispani secundis rebus elati, non ita multo post Vrbe Neapoli arceque, quam uulgo nouam Lucillianaque quam a forma uocant Oui expugnatis rebus potuerunt. Quae bello superfuere Gallorum reliquiae ex fuga primum constiterunt in ripa Liris ad Sinuessam, deinde Caietam se receperunt, operibusque ab hoste circumdati constanter impetum sustinebant.

DE REGIBVS FRANCIAE

LIBRI TERTII

FINIS.

MICHAELIS RITII

NEAPOLITANI, DE REGIBVS

HISPANIAE, LIBER

PRIMVS.



HISPANIAE ueterem formam Reges Hispani mutari saepe contigit. Initio Reges eam habuerunt ex gente Gargoris Curetum, Gargoris eiusque nepos ex filia stupro conceptus Abbis. Nam Gerionem licet historia Diodori memoret, equidem fabulosum putarem, nisi grauis autor Trogus accederet. Hispalum uero de cuius appellatione suspicantur Hispaniae nomen inditum, longa aetas obruit. Post multa demum secula, Carthaginenses occupauerunt eius imperium, quibus bello Punico Secundo pulsis, Romani duas in provincias uniuersam diuiserunt, in Beticam & Taraconensem. Iuridicosque conuentus undecim, mansitque is rerum status ad Attilam usque, qui per legatos ulteriorem subegit Hispaniam. Quam falso quidam prodiderunt esse dictam ab Hunnoru Ducibus, quos illi sua lingua memorant Hispanos, quom certa temporu ratio refragetur. Iteru denique sub Regibus aliquando in regna quinque distributa est. Primum Legionis & Castella, Secundum Aragonum, Tertium Navarrae

f 2 Quartum

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

Quartum Portugallia, Quintum Betica, qua Granatam
 Legionis perhibent. Itaque Mauris qui Beticam tenuerunt omiffis. Le
 & Castel gionis & Castellae Regu Stemma prosequemur, unde ma
 la reges. nasse Christianos Reges autumo. Quorum nostro propo
 sito debita relatio est.

Vuadali. Beticae rerum potiebantur Vuandali, Sueuque Lusitaniae,
 Sueui. quas Romanis opibus attenuatis in potestatem redege
 Goti. rant, quom Goti sub auspicijs Athanarici, qui primus eius
 Athanari gentis Rex fuisse proditur, Hispaniae fines ingressi, se
 cus. des posuerunt, anno dominicae salutis trecentesimo quadra
 gesimo tertio, quomque regnasset annis tresdecim, die clau
 Theodo sit, Hispaniq; recepti sunt Theodosij Caesaris uirtute. Qui
 sius. Gotos annis duodeuiginti, imperata facere coegit, & in of
 ficio continuit. Exinde Goti quom desciuissent ab imperio,
 Alaricus. Regem sibi creant Alaricum Pannonem de gente Balchoi
 Balthi. rum, qui praeterq; quod Hispaniae partem sibi uendicauit,
 & Thraces, & Germanos uarijs affectis cladibus, in Italia du
 ctis copijs, Romam, Campaniamq; & Apuliam redegit in
 potestatem. Sed uigesimo tertio sui principatus anno, repe
 te fato functus est in Brutijs, Deriuatoq; Captiuorum labo
 Athaul. re Basento Cosentiae praeterfluente in eius alueo coditus est.
 sus. Athaulsus incertum nepos Alarici, an necessarius, in defun
 cti locum substitutus est, & apud Gotos regnauit, qui licet
 Hispanis, & alijs Europae gentibus imperaret, Gotorum ta
 men Reges adusq; Pelagium, de quo post, omnes appellati
 sunt. Athaulsus itaq; Gallae Placidiniam Honorij Roma
 ni principis sororem matrimonio sibi iunxit. Nec amplius
 annis quinque rerum potitus, apud Barcinonam a militibus
 Singeric⁹ suis obtruncatur. Successit ei Singericus a stirpe propior (ut
 aiunt)

DE REGIBVS HISPANORVM LIBER I. 23

aiunt) isque anno post obiit. Exinde gubernacula suscepit
 Vualia, cuius adusq; tempora Vuandali, quos ab initio, si
 nes Hispaniae tenebant, donec eorum Rex Gensericus in Vualia,
 Aphricam traiecit, occasioneq; nactus Vualia, pulsus ex Hi Genserico
 spania, qui domi remanserant Vuandalis, quicquid in eoru
 iura coefferat, in suam ditionem redegit, subitaque ui mor
 bi correptus, anno tertio regni sui fato functus est.

Itaque res ad Theodoricum defertur, is tertio post anno Theodo
 socijs Ethio patricio, & Meroueo Francorum rege, dum pro ricus
 Romanis aduersus Artilam pugnaret Vnorum Regem,
 in campis Catalaunicis occubuit. Patris honori successit To
 rismundus, qui principatus sui anno decimo Germanoru
 rismundus.
 fratrum (ut rumor est) insidijs de medio sublatus est.

Regnum, Theodoricus huius nominis secundus, Torismu
 di frater occupauit, exactoque Rhethiario Sueuorum rege
 Theodo
 Lusitaniam regni sui finibus adiecit, aiunt huic eandem ne ricus II.
 cis sortem obrigisse, quam Torismundo Fratres intulerant, Rethiari⁹
 Rex,
 quo tempore Theodoricus alter Ostrogotorum rex in Ita
 lia rerum potiebatur.

Elato Theodorico, principatum suscipit Henricus eius fra
 ter, qui Gotis autor fuit, ut scriptis legibus uterentur. Anno
 Henric⁹
 q; septimo sui principatus excessit ab humanis. Alaricus al
 Alaricus:
 ter a superiore post Henricum Gotis imperauit annis duo
 decim. In acie casus a Fludiguino comite apud Pictauium,
 Almaric⁹
 superstitie Almarico quem suscepit ex filia Theodorici Re
 gis Italiae.

Genfalaricus Alarici frater ex pellice genitus exdufo Alma
 Genfala
 rico nepote regnum sibi uendicat, annisque quatuor tenuit, ricus.
 donec opibus Theodorici, quem maternum auu Almarici
 demonstra

demōstrauimus, in Aphricam compulsus est. Itaq; receptis
Almaric^o Gotis Theodericus Almarici Nepotis infirmam rexit aeta-
 tem lustris duobus, & septē mensibus. Mox Almaricus ubi
 a pueris excessit annis quinq; rem per se administrauit. Do-
 nec commisso cum Gallis praelio obtruncatus est.
Amalasin Amisso filio successit Amalasintha Theodorici regis Italiae
 tha. filia, mater Almarici, Tendiuq; sobrinū suū in spē successio-
 nis adoptauit, is nō expectata fatali die, Amalasinthā in Bal-
Tendius neo suffocandā curauit. Tēdius igit̃ Amalasintha sublata
 septēdecim regnauit annis, is in cadē suā Gotos accēdit, ha-
 bitus Histrionici deformitate, quē palā, passimq; gestabat.
Tēdesil^o Goti nouum Regem sibi creant Tēdesilium, qui forte per
 id tempus exercitui præerat, impositus a Tendio, huius affi-
 nis esse dicebatur, is apud Hispalim orta seditione obtrun-
 catus est, ob illatam uim Matronis illustribus.
Agila. Agila subrogatur in eius locum, nec equidem scio superior
 res ne Reges aliqua necessitudine contigerit, illud unum
 constat anno quinto, ex quo creatus est Rex, a suis esse in-
 teremptum.
Atanagil- Exinde Gotorum Dux Atanagildus occupat dominatum,
 dus. quem postquam bis septenis tenuit annis, apud Toletum
 morbo consumptus est.
Lymba. Lymba, quē Luybam nōnulli uocant, ad rerum fastigiū suo-
 rum studio suffragioq; euehitur, triēnioq; regnauit, uiuens
Leonog- q; Leonogildo fratri cessit Hispaniæ principatu.
 gildus. Leonogildus ex Hispania Sueuorū reliquias eiecit, Ande-
Sueui ex ca Rege superato, ij regnū semel in Hispania constitutum,
 Hispania eiiciunt, ubi regna-
 uerāt an-
 nis clxx.

num in cōuentu Hispalis in acie captum, quod is Arriano
 num sectam non probaret. Regno præterea Legionis adie-
 tit urbem, Gotis imperauit annis duodeuiginti.
Rechare- Leonogildo patri successit Rechared^o ab Hermelgondo p-
 dus. xinus, is Arrianū Dogma in cōuentu Toletano dānatū ab
 Hispaniæ finibus eiiciendum curauit. Luyba alter a priore, **Luyba.**
 quē uocatū p̃terea Lymbā demōstrauimus, Recharedi fili^o
 excepit impiū, qd̃ ānis duob⁹ & mēsis quinq; tenuit, in si-
 dijs Victeric^o de medio sublatus, illustris inter Gotos uir.
Victeric^o Luyba caeso, Regnū Victericus occupauit eius percussor, ade-
 ptoq; p̃ fraudē dominatu septē potit⁹ ānis, eodē leti genere
Gonda- perijt q̃ Luyba. Res ad Gondamirim delata, quā quom Biē
 miris. nio administrasset ex aduersa ualitu dine mature diē clausit.
Sissebuta Goti nouum regem sibi creant Sissebutam, qui uerum dei
 cultum, nostramq; religionem mirifica pietate prosequutus
 est, in Aphricam trans Herculeum fretū ductu exercitu plu-
 res in ea gentes in ditionem redegit annis nouem regnauit
 & septem mensibus, morbo consumptus est.
Rechare- Recharedus eius nominis secundus Sissebuti F. paternū de-
 dus. cus accepit, idq; sesquianno tenuit. In eius locū subijt Suin-
 Suintilla. tilla Recharedi primi filius, isq; quom decē regnasset annis,
 Rachimirus. suū F. Rachimirū in regni consortiū accepit, eumq; uiuens
 administrare regnū permisit. Quoniā uero Rachimirus ma-
 ture patrē sequutus est, breuiq; post eum regnauit, nō uenit
 in ordinem per se regum, sed cum patre confunditur.
Sifecūd^o Itaq; Sifecūdus & ipse Suintilla patre natus, in demortui lo-
 cū successus est, excluso qui præstabat aetate Germano, qui
 paterno nomie Suintilla uocabat^r, is anno post septimo, de-
 fūcto apud Toletū, Sifecūdo, debitū sibi regnū uindicauit.
 Suintilla

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

Suintilla. Suintilla rex eo nomine secundus quadriennio rerum potitus ex aegritudine, in quam incidit, fato functus est. Turni
Tulga. Goti regem sibi creant regia stirpe genitum Tulgam, qui regnavit annis duobus.

PRIMI LIBRI FINIS

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI, DE REGIBVS HISPANIAE, LIBER SECVNDVS.

Cindas. VACVAM Gotorum regiam Cindas Vinus occupat, illustri inter eos loco, quam annis decem tenuit, moriensque filio per manus tradidit.



Recisuindus. Recisuindus is fuit, qui Gotis imperavit annis duodeuiginti, ac mensibus undecim, quo mortuo, Bamba rex creatur, is qui Mauros Hispaniae littora cum classe ducentarum septuaginta navium ingre-

Bamba. Bamba rex creatur, is qui Mauros Hispaniae littora cum classe ducentarum septuaginta navium ingre-

Eringius. Eringius, de quo supra diximus, ad religionem transgresso Bamba, Theofredum Recisuindi F. pellit, occupatoque dominatu

DE REGIBVS HISPANORVM LIBER II. 25

minatu septimo post anno, fato functus est. Egipza Bamba sobrinus, idemque gener Eringi, mortuo sobro successit, quonque regnasset annis septem, Toleti naturae concessit.

In eius locum Vitiza F. subiit, eoque potitus est annis novem, donec a Roderico Theofredi F. eius quem prius Eringius regno exegerat, & Vitiza confossis oculis relegarat, imperio uitaque spoliatus est, impar opibus Romanorum, qui Roderico fauebant. Hic (ut aiunt) Vitiza lege permisit, ut sacer-

doles, quot quisque posset, alerent concubinas, & ipse nulum libidinis genus intentatum reliquit.

Exceptit imperium Costa Roderici frater aetate maior, isque regnavit annis quinque, mensibus septem.

Eo uita functo, Rodericus frater rem Gotorum suscepit in-

auspicato. Nam cum Iuliani Comitis in Aphrica pro se legati filiae stuprum intulisset, a Mauris a Iuliano sollicitatis, bello petitus, in acie cecidit, ex quo regnare cepit anno tertio.

Post interitum Roderici, Maurorum Duces Tariph & Muza, Bellazin Muzae filium patris in Hispania finibus, imponunt Regem, continuoque in Aphricam redierunt. Annis non-

amplius uiginti Maurorum reges in Hispania quindecim fuerunt. Nam quom Rex omnium uotis respondere non

posset, populari tumultu, uel occidebatur, uel imperium deponebat, subinde in exacti locum altero subrogato. Denique

quom delata res esset ad quendam Acabath, nouarum re-

rum cupidis ad trecetos usque de medio sublatis, diu regnavit.

Dum Mauri rerum potiuntur in Hispania, Christianorum reliquiae Pelagium quendam Regem sibi creant, apud Asturias ubi latitabant, De quo sermo uariis est, alijs tradentibus

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

um Theofredi filium fratremq; Roderici, nonnullis ex Phafilla natum Duce Cantabrie, quae Biscaia nunc appellatur, is & si nullas, aut perexiguas opes habebat, auxilio caelestis fretus, audere coepit, adhortatusque quosdam finitimos, ad ueram religionem compulit, appellarique uoluit, Asturum Legionisque Rex. & si Maiores sui Gotorum dicti sunt, quamuis alij hanc tituli mutationem Phafillae eius filio ascribant, & his qui deinceps regnauerunt. Imperauit autem Pelagius annis uiginti.

Phafilla. Relicto superstito filio Phafilla, post quem deinceps ad unum reges Legionis & Asturum sunt inscripti, siue Pelagius, siue Phafilla fuerit autor eius tituli, quom biennio regnasset, ab urso laniatus est in uenatione.

Alphon- Regnum peruenit ad Alphonsum Petri Cantabrie Ducis, sus. maximu natu filium. Cui Phafillae soror Ornosuba nupta erat, is Arrianu dogma quod a Recharedi regis morte, rursus in Hispania pullularat, eradicaui, urbesq; & oppida conplura eiecto Mauroru praesidio recepit, ex quo Catholicus est cognominatus, annoq; undeuigesimo sui principatus exitu homine. Successit Alphonso patri Phroilla, qui tertio decimo post anno de medio sublatus, Aurelij fratris sui dolo regnum Veremundo filio per manus tradere non potuit.

Catholici cogno- est cognominatus, annoq; undeuigesimo sui principatus exitu homine. Successit Alphonso patri Phroilla, qui tertio decimo post anno de medio sublatus, Aurelij fratris sui dolo regnum Veremundo filio per manus tradere non potuit. Veremundus. Aurelius enim patrato parricidio, continuo regiam occupat annisq; sex obtinuit, excessit absq; prole, nisi quod ad inuidiam periculumq; declinandu, Veremundum Phroillae filium in spem successionis adoptarat.

Sillo. Ab Aurelij morte, Gotorum rem suscepit Sillo, cui nupta erat Egimanda Aurelij soror, Pulsoq; Veremundo solus imperauit annis sex, ad ultimum uitae diem.

Mauregatus

DE REGIBVS HISPANORVM LIBER II. 26

Mauregatus Alphonfi cognomento Catholici filius ex Pellice, mortuo Sillone, Maurorum qui reru potiebatur in Hispania, praesidio dominatum constituit, pactus (ut aiunt) cum Mauroru regibus, quotannis quasdam uirgines in stipendiu mittere. Sed id triennio post, Mauregati morte sublatu est.

Veramundus Alphosi cognomento Catholici, Nepos ex filio Bilmarao, Mauregato iam fato functo successit, biennioq; reru positus, quom eius uxor, ex qua Raymiri Garfiaeq; pater erat, in Parthenone se coniecisset, ipse memoria repetens, qd adhuc priuatus in ordine diaconu coopatus erat, Alphonsum Phroillae filiu eius consobrinu pro se regnare iussit, continuoque transit in sectam religionis.

Alphon- Alphonsum itaq; cognomento Castus, Mauroru ad septuaginta milia cecidit in acie, qui fines Asturum ferro ignique populabantur, ex quorum Manubijs duas erexit ecclesias, Ouentensem & Asturiensem. Regnauit annis xli. ad usq; Caroli magni principatum.

Raymiris Veramundi filius, Alphonso iam uita functo, paternum decus accepit, exindeque uixit annis sex, mensibus nouem.

Principatum reliquit Ordonio suo filio, quem tenuit is ad decennium, decessitq; superstitibus liberis Alphonso, Veremundo, Minioque, & Phroilla.

Alphon- Alphonsum Ordonij filius, cognomento Magnus, eo nomine tertius, a morte patris imperiu suscepit, annisq; quadraginta tenuit, quoad homine exiuit, paru secunda fama. Na quom fratres suspectos haberet, ac si necesse p insidias sibi molirent omnes oculis priuauit, liberos habuit quatuor, Garfia, Ordonium, & Phroillam, nullis initiatos sacris, quos hodie graeco

Garfias. Uerbo Laicos appellant, & Gondifaluum archidiaconum
Quesitēsem, ex his Garfias rerum gubernacula subiit, eaq;
moderatus est ad triennium, nec ex se prolem reliquit.

Ordoni^o. Itaq; frater eius Ordonius, in defuncti locum successit
is quatuor Castellae comites per interpositam fidem circum-
uentos in carcere necari iussit, ob eamq; rem Castellae pro-
uincia defecit ab eius fide, Quosdamq; ex sua nobilitate cre-
auerunt, qui de publicis, priuatisq; cōtrouersijs inter eos co-
gnoscerent, eosq; Iudices appellari placuit, ex his alteri Mi-
nio Rasurauo nomē fuit, Alteri Layno Caluo, unde Castel-
lae reges originem traxisse constat. Ordonius cum genuisset
Alphonsum Raymirimque, octauo sui principatus anno,
mense sexto diem clausit.

Iudices.
Minus.
Laynus.

Phroilla. Phroilla quom sui fratris Ordonij liberos exegisset, in se
principatum transtulit, eo tamen ut fraude quaesito diutius
frui non potuit. Nam uno post anno duobusq; mensibus
morbo leprae correptus interiit, superstitibus quatuor ex se
liberis, Alphonso, Raymiri, Ordonio, & paterno nomine
Phroilla.

Alphon-
sus. Quorum natu maximus, huius nominis quartus, Alphon-
sus, a morte patris imperium suscepit, eoque potitus uno to-
to lustro, mensibusque septem, iurauit in uerba Christianae
religionis. Ordonio filio quem susceperat ex Imena, super-
stite, cui cognomentum Malo fuit, regnumq; Raymiri Ger-
mano dimisit. Sed quom paulo post eum poenitentia subij-
set, abiectis insignibus eius sectae, quam professus erat, iterū
regnum quo cesserat contrectare coepit, unde captus a Ray-
miri fratre, effossis oculis luce priuatus est.

Raymi-
ris. Raymiris eo nomine secundus Alphonso quarto cōcedēte
rerum

rerum potitus, duos habuit filios, Ordonium & Sanctium,
Quorum uterq; post patrem deinceps imperarunt, quom
Raymiris obiisset undeuigesimo principatus anno, duo/
busque mensibus.

Rerum gubernaculis admotus est Ordonius, eo nomine **Ordoni^o.**
tertius, Raymiris filius, natu maximus, quem quom Sancti
us consanguineus eius frater, opibus Garfiae regis Nauar-
rae matris suae fratris, eiusq; auunculi, Ferrandi q; Guindisal-
ui Castellae comitis Ordonij soceri, tentasset e regno detur-
bare, consiliaque non successissent, Ordonius Viracam Fer-
nandi filiam eius uxorem dimisit, aliaq; superduxit, quom-
q; regnasset annis quinque naturae concessit.

Gotorum res ad Ordonium eius nominis quartum deuo **Ordoni^o.**
luta est Alphonfi filium, quem a fratre obcaecatū demon **Malus.**
strauimus. Huic inditum cognomentū Malus est, quia non
iure regium sibi nomen arrogauit, & quia populos in pace
non continuit, quorum pleriq; Sanctio potius Ordonij ter-
tij Tertio filio ac uero regi parebant, isque non multo post
Ordinium praelio uictū apud Cordubam interemit, q̄ diu
regnauerit hic Ordonius ob eius temporum perturbatio- **Ordoni^o.**
nem minime constat.

Sanctius eo nomine primus, ab habitu corporis cognomē **Sanctius**
to Crassus, anno regni sui tertio decimo, quom tantam sagi **Crassus.**
nae molem uix ferret, & ad eam leuandam nihil intentatum
relinqueret, Cordubam profectus est Abdemari regiam,
qui Saracenis imperabat, impetrata prius ab eo pace, ubi
inter experimēta medicorum, quorum magna turba apud
Aldemarum erat, herba cuiusdam ui ad maciem deductus,
haud ita multo post excessit, nō sine suspitione dati ueneni.

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI
Viuens Castellam quam Ferrandus Guindafaluus a Re-
ge Legionis in feudum tenebat, ex fœdere liberam esse
iussit.

Raymi-
ris,

Veremū-
dus.

Sanctio patri Raymiris eo nomine tertius in principatu suc-
cessit, ætatis annum agens quintum. exindeque uixit in eo
honore annos uiginti quinque, decessitque sine liberis. Eius
principatu, quæ pars ab eo subditorum defecit, rem defere-
bat ad Ordonij Mali filium Veremundum. In itoq; prælio
uictoria neutro inclinauit.
Raymiri tandem uita defuncto, Veremundus eo nomine
secundus, affectato regno potitus est inauspicato, siquidem
Maurorum rex Almazar in eum ducto exercitu primo qui-
dem congressu pulsus, Instaurato prælio Veremundum ui-
dit, atque in fugam uertit, urbemque Legionem ui cepit.
Aggressus exinde Gallaciæ prouinciam, Compostellanam
diripuit ecclesiam, abstinuit tamen a corpore Diui Iacobi,
perterritus obujs (ut aiunt) fulminibus, ex eoque metu solu-
ta aluo cum incidisset in morbum dysenteria, ægre cõualu-
it, multique eius milites internecino genere mortis absum-
pti sunt. Itaque parua uictoria Veremundo cessit, illeq; pau-
lo ante acie superiorum hostium spolia adeptus est. Cum
que regnasset annis septenis, Alphonso filio superstitite
quem ex priore susceperat uxore (nam duas habuit) exiuit
hominem.

SECUNDI LIBRI FINIS.

DE REGIBVS HISPANORVM LIBER III. 25

MICHAELIS RI-
TII NEAPOLITANI, DE REGIBVS HI-
SPANIAE, LIBER TERTIVS.



ALPHONSVS eo nomine quintus, ini-
to statim regno Therasiam sorore per
sus V.
tinacissime recusantē, compulit ad nu-
ptias Abdalæ, qui Foleti Saracenis
imperabat, ab eo pactus auxilia, con-
tra Cordubæ regē. Rumor est Therasi-
am uirū monuisse, ne se cōtingeret, olim Christo desponsa-
tam. Cūq; nihil ea mouissent Abdalam, in grauissimū inci-
diffe morbū, Therasiamq; fratri remisisse, quæ Parthenonē
diui Pelagij ingressa uitam cœlibē duxit. Liberi fuerunt Al-
phonso Veremūdus, qui patri successit, & Sanctia, quæ pri-
us nupta Garstæ Sanctij comitis Castellæ filio, eo in finibus
Legionis interempto, Ferdinandi matrimoniū sequuta est,
Sanctij cognomento Maioris, Regis Nauarræ filij, qui po-
stea Castellæ Rex appellatus est, ac per uxorem regnū Lei-
gionis adeptus. Agebatur annus, ex quo regnare cœpit Al-
phonso uigesimus septimus, quom in oppugnatione Visei,
quod oppidum præsidio firmatum Mauri tenebāt in Por-
tugallia, Mauri telo uulneratus interiit.
Continuoq; Veremundus huius appellationis tertius, in Veremū-
dus.
eius subiit locum, qui nō ita multo post, orta inter eum Fer-
dinandumque sororis suæ uirum simultate, in apertum mar-
tem prorupit, collatisque signis apud Caucociem, Veremū-
dus in acie cecidit, anno post initum regnum decimo.
Ferdinandus

Ferdinandus. Ferdinandus uxoris suae praetextu, Nam Veremundi soror
Eliura. erat, uictor Regnum legionis occupauit, eiusque curam Sanctio patri commisit, qui Castellam quoque per Eliuram coniugem consequutus obtinebat. Eliura nanque Garfiae patri successerat comiti Gondisalui, cui Castella parebat, & hucusque a Pelagio primo Regum Legionis, & Asturum titulus durauit, exinde Castellae Legionisque dicti sunt, & si quidam sub Sanctio, nonnulli Ferdinandi eius filij principatu nouissimam tituli mutationem factam uelint.

Sanctius Maior. Sanctius itaque cognomento maior, Navarrae rex, alterius Sanctij filius, eius qui Temulentus appellabatur, (ut quidam tradunt) Legionis, & Castellae titulum primus usurpauit, quibus alij Ferdinandum malint, ut demonstrauimus, ambiguiturque quoto quisque eorum tempore regnarit, & quoniam fors ita tulit, ut Navarrae reges, Legionem, Castellamque potirentur, non ab re putauimus eorum originem his inferere, quemadmodum reperi.

Reges Legionis. Nostrae salutis annus Noningentesimus sexagesimus primus agebatur, ex quo Christiani Regnum Legionis obtinebant, Castellaque per comites administrabatur, Arabesque partim Cordubae, partim Toleti, rerum potiebantur, quom quidam, cui nomen Enecus, uel ut alij scribunt, Innicus ex comitatu Bigortiae, qui montibus Pyreneis includitur, ut facilius Arabum sustineret incursiones, qui Navarrae fines infestabant, cum pluribus eiusdem sectae Christianis inaequum campum descendit, quomque rem feliciter saepe gefisset, a Nauarris in Regium fastigium euectus est, eamque dignitatem moriens Garfiae filio reliquit, & is deinceps Sanctio, Sanctius ab arca (sic enim cognominatus est) Garfiae filio,

filio, quem Temulentum diximus appellatum, post quem Sanctius ex eo natus imperauit, is qui dictus est maior, ut posuimus, quique ex iusto Eliurae connubio, Ferdinandum, Garfiamque suscepit, ex Pellice Raymirim. Ferdinandus Castellam sibi, uelut ex hereditate materna uindicauit, Legionemque per uxorem, Garfiae paterno Navarrae Regno cessit Raymiris Aragonia potitus, ut moriens pater testamento cauit, primusque Rex Aragonum uoluit appellari. Sed ad Ferdinandum redeo.

Qui duobus auctus Regnis, ex honesta matrefamilias, uxoribusque liberos habuit, Sanctium, Alphonsum, Garfiamque, & Eliuram, ex Pellice Ferdinandum, qui cooptatus est in collegium patrum, quos ecclesiae uocant Cardinales, a Mauris Columbriam, maioremque Portugalliae partem recepit, cumque Garfiam fratrem morbo implicitum salutatum profectus, incidisset in suspicionem non integrum sibi fore reuerti, silentio discessit. Eaque erroris opinione, quom Garfias, ut parem gratiam referret, ad agrotum uenisset, aliquandiu custoditum, tandem dimisit. Hinc orto bello, Garfias in acie casus Regnum Navarrae Sanctio superstiti filio reliquit. Ferdinandus autem uiuens liberis suis Regnum distribuit, Sanctioque natu maximo Castellam, Alphonso Legionem, Asturiamque, & Transimena, Garfiae uero Galatiam, & Portugalliam habendam dedit, annoque Regni sui quadragesimo uita functus, in aedem Diui Isidori illatus est apud Legionem. Rodericus Viuar, is cui postea cognomentum Cido fuit, Alumnus Ferdinandi fuisse dicitur, & in eius aula adoleuisse, qui saepe uictis acie Saracenis, Valentiam recepit, atque sui iuris fecit. Ab hoc originem traxisse Mendosam familiam plerique

Ferdinandus,

Rodericus Cidus,

Mendosa familia.

h

plerique credunt. Sanctius eo nomine secundus, cui liberum Ferdinandi natu
 Sanctius maximo Castellæ regnum diximus obtigisse, non contentus
 eo, Legionē sibi uendicauit, Alphōso fratre eiecto, compul
 soq; ad Arabum Regē supplicē Toletum cōfugere. Quom
 q; Galatiam, Portugalliāq; spe uoraret, armisq; Garsiam
 quoq; petisset, in prælio captus ope, uirtuteq; Roderici, quē
 Cidum cognominatum iam diximus, ab hostium potesta
 te exemptus, atq; seruatus est. is enim collectis ex fuga mili
 tibus incompósitos fiducia uictoriæ Gallacos adortus uicit
 in eoq; prælio Garsias occidit. Ipse Sanctius dignum factis
 uitæ finē sortitus est, a Vellido quodā p̄ insidias interēptus.
 Alphon
 sus. Tum Sanctij frater Alphonfus a Toledo reuocatus, ante di
 missus non est, q̄ iureiurando firmauit amicū se Regis To
 leti semper fore. Cūq; iam Regnū Legionis, & Asturū re
 cepisset, a morte fratris obtinuit & Castellā. Sex habuit uxo
 res, ex quibus deterioris sexus liberos quinq; genuit. Denit
 q; filium quoq; patruī nomine Sanctium, quē Zaida pepe
 rit Sibyllæ regis filia, quæ simul ad uerum dei cultū Christi
 q; religionē transijt, appellata Maria dicitur. is Sanctius in
 acie cecidit aduersus Saracenos in ito p̄lio. Suscepit Alphon
 sus ex Pellice Therasiā, quæ nupsit Henrico comiti Lotho
 ringiæ, dotata Gallatiæ parte quæ Portugallia nunc appel
 latur. unde Portugalliæ Reges originem trahunt. Alphon
 sus oppidum Toleti lōga obsidione redegit in potestatem,
 defuncto iā Rege filioq; quibuscū scedus icerat, ac obstrin
 xerat fidē suā. Quomq; rerū potitus esset, annis quadragi
 ta tribus naturæ cōcessit in cenobio diui Facūdi cū Zaida
 uxore q̄ & Maria, sepultus, nullo sup̄stite filio p̄ter Alphon
 quem

quē genuit ex Pellice Ximena, quom socius expeditionis in
 Antiochiā, Tripolimq; cōmuni Christianorū principū cōsi
 lio susceptæ traiecisset in Syriam. Ibiq; a partu puerū iustra
 uit in unda Iordanis, ex quo Iordanis est cognominatus.
 Alphonfus itaq; Raymundi Berengariæ filius, Barcinonæ
 comitis, & Viracæ superioris Alphonfi filia, post auū mater
 nū Regni gubernacula, uergentibus ad eum magna ex par
 te procerum studijs, accepit. Et si diu cum uitrico Alphon
 so Aragonum Rege, cui Viraca mater, iterum nupsit ar
 mis, contendit, appellariq; uoluit imperator Hispaniarum.
 Duos habuit filios Sanctium & Ferdinādū. Puellasq; toti
 dē Elisabeth, ac Beatricē. Sanctiū Castellæ, Ferdinandū Le
 gionis regē supremis tabulis instituit. exemit ab Arabū ma
 nibus, & Cordubam, sed eiusdē generis alteri, quē sibi fidū
 putabat, in feudū concessit, annoq; quinquagesimo primo
 post initū Regnū morbo cōsumptus est, ad Baiezam sub ar
 bore quadā montis cui nomē est Demuladar. Sanctius ter
 tius cognomento Desyderatus Alphonfi septimi liberū na
 tu maximus, a patre Castellæ Regnū tenuit. Is ex Blanca cō
 iuge filia Garsia Nauarræ regis, Alphonsum genuit. Cūq;
 uno tantū regnasset anno diē clausit Alphonso superstite.
 Cuius ætatē Ferdinādus eo nomine secūsus Sanctij frater,
 despectā habens, eo deturbato Castellæ Regnū occupat. Is
 Ferdinandus anteq; Sanctius ab humanis excederet, opa
 principū Legionis ubi regnabat, in carcerē cōiectus, q; in eos
 sauiet, certis deinde cōditionib⁹ emissus, iterū Legionē po
 titus erat. Interea dū Castellæ rebus incubat Alphonfus ad
 huc in cunis infans illustriū quorūdā uirorū pietate seruat,
 ipseq; Ferdinandus anno xxxi, sui principatus, obiit diem.
 h 2 Paternum

Alphon/ Paternum decus ad Alphonsum redijt Sanctij tertij filium
sus. cognomento Bonum, qui ducta filia Regis Angliæ Eliono
ra, Sanctium genuit, quem Infantem, Ferdinandumq; quæ
adultum, agentemque annum uigesimum quintum, amittit.
Henricum qui patri superstes rerum potitus est; Blancam
præterea suscepit Ludouici Francorum Regis matrem, eius
qui post mortem consecratus est, & Berengariam, quæ nu-
psit Alphonso Legionis Regi, Viracā, quæ regi Portugalliæ
iuncta est, & Elionorā quæ Regina fuit Aragonū. Gessit hic
Alphonfus in Arabas bellum, sed primo parum prospere.
Mox auctis opibus ingenti prælio uicit, in quo rumore est
ad cc. Arabum cecidisse, duce Milamonelino, Commissum
q; mox & ad Tolosam nauale prælium, pluraque loca quæ
dum rem teneret Alphonfus Sextus, Arabes occupant,
eorum eiecto præsidio recuperauit, annoq; quinquagesimo
tertio, ex quo regnare cœpit exiuit hominē. Per hoc ipsum
Tempus floruit autor sectæ prædicatorum Dominicus, ob
uitæ sanctitatem relatus in Diuos. Alphonfus huius appel-
lationis nonus, Berengariæ uir, Alphonfiq; gener octauī,
Alphon/ post obitum Soceri, Castellæ Regnū sibi uindicauit, Henri-
sus Non⁹ co uxoris suæ fratre deiecto. Cunque regnasset annis duob;
detriginta uita functus est.

Henric⁹ Henricus eo nomine primus, Alphonfi filius octauī, mor-
tuo iam uiro sororis Alphonso, paternū Regnum recepit.
is biennio post, apud urbem Palatiā cocto latere, uulnus
accepit in capite, dum luderet cum Sodalibus, ex eoque bi-
duo post, morte occubuit.

Ferdinan/ Itaq; Ferdinandus eo nomine tertius Alphonfi Noni filius
dus. in eius locum subiit, utroq; regno Legionis & Castellæ poti-
tus, uxorem

tus, uxorem duxit Beatricem Brabantia Ducis filiam, quæ
liberos ei peperit sex, Alphonsum, Federicum, Emanuelem
Philippum, Sanctiumq; & Henricum. qua mox elata Ioan-
nam sibi iunxit ex Comite Pontis æditam, quā matrem fe-
cit ex Ludouico & Elionora. Multa fortiter & præclare ges-
sit, omnibusq; Hispaniæ fere finibus, Mauros exegit, præ-
ter Granatam, cuius tamen Regem stipendiarium sibi fecit.
Per idem tempus Iacobus Aragonū Rex insulas Baleares
ad uerum Dei cultum perduxit. Regnauerat Ferdinandus
annis triginta quinque, cum decedēs summum sui desyderiū
reliquit omnibus.

Patri successit Alphonfus eo nomine decimus, qui Violan/ Alphon-
tam Iacobi Regis Aragonum duxit, ex qua primo filiam su- sus x.
scipit nomine Beringuelam, mox & alios septē liberos, Fer-
dinandum, quem uiuus adhuc pater extulit, Sanctium, qui
post eum regnauit, Ioannem, Iacobum, Petrum, Berengari-
umq; & Elionoram. Patria profugus Alphonfi frater, Hen-
ricus in urbem uenit, allectusq; in ordinem Senatorū Con-
radino studuit aduersus Carolum, eius nominis primum Si-
ciliæ Regem. Sed Alphonfus Hispanorum leges alijs insu-
per additis, illustratisq; sensibus, ut ex usu uidebatur, in uo-
lumen redegit, quod gentiliter Hispani uocant partitas. Cō Partitæ.
dendum præterea curauit & opus, quod illi Generalem me- Generalis
morant historiam, Murtiamque recepit ab Arabis, quam historia.
Granatæ Rex auxilijs Maurorum, qui traiecerāt ex Aphri-
ca fretus, uiolato foedere cum multis præterea locis, & in his
Sericia Beticæ urbe, occuparat. Alagarbi comitatum Regi
Portugalliæ dedit, in dotem filia, quam ex pellice genitam
ei collocarat, exindeque Portugalliæ Reges Alagarbi dicti Alagarb⁹
h 3 sunt,

sunt, Immunes præterea Portugallia Reges fecit in gratia
 Dionysij sui nepotis ex filia natu maximi, ne cogereentur edi
 cto Regum Legionis & Castellæ ad conuentus adesse, qui
 singulis annis peraguntur, Hispanorū lingua curiæ uocati
 nec equitū trecentorū turmas auxiliares aduersus Arabas
 mittere, sicut ex conditionibus fœderis astringebantur. Vari
 antibus in creando imperatore sententijs, ei imperiū ultro de
 latū est. Suadere etiam Pontifice, ut capesseret abnuuit. Suo
 q; iuri renunciauit apud Belligradū prope Auinionē uitan
 dæ seditionis ecclesiasticæ causa, ut uideri uoluit. Aduersus
 Ludouicū Francorum regem, quæ consecratū demonstraui
 mus, de Regni iure contendit, q; is ex Blanca Alphōsi Octa
 ui filia natu maxima, editus, Alphonso posthaberi iniuriū
 putabat, ex Berenguella proxima Alphonso octaui filia tra
 hente originem. nam Berenguella Ferdinādum peperit, hu
 ius Alphonso, de quo nūc agimus, patrem. Demum data in
 uxorem Blanca Ludouici filia Ferdinando Alphonso liberū
 natu maximo, cui cognomentū de Lacerda fuit, disceptatio
 ni finis impositus. Cūq; Ferrandus de Lacerda uiuo patre
 diem clausisset, Alphonso Ferrandoq; de Lacerda uiuo patre
 tibus, neuter in regnum successit, Sanctio posthabiti secun
 do genito, qui mortuo patre rerum potitus est. Idē Alphon
 sus profitebatur Astronomiā, syderalēq; scientiā, in qua tā
 ta cum laude uersatus est, ut quæ extant tabulæ ab eo dictæ
 sint Alphonsinæ. Fama tenet, Alphonsum a Sanctio filio,
 cū deposito imperio rediret ad Regnum, non esse receptū,
 portasq; undiq; in eum clausas, excepta Murtia, quæ persti
 tit in eius fide, unde priuilegio consequuta est, ut septem
 coronas insignibus suis imponeret, moriēsq; Alphōsus an
 no principatus

Tabulæ
 Alphonso
 na.

no principatus sui trigesimo secundo, Murtiæ condi uoluit.
 Sanctius eo nomine quartus, adhuc uiuo patre. Regē seges Sanctius
quartus.
 sit (ut quidam uolunt) & mortuo successit, ex Maria natus
 infantis Alphonso filia cognomento de Molina, fratrisque
 Ferrandi tertij, quatuor habuit liberos, Ferrandum Petrum
 Philippumq; & Henricum. Cūq; Ferrandi de Lacerda na
 tu maximi filius Alphonso e carcere quo seruabatur apud
 Aragonum regem Iacobum, quibusdam principibus ope
 ram sibi nauantibus, esset emissus, arma corripuit in Sancti
 um patrum principatus incubatorem, Castellamq; regio
 nomine sollicitabat ad defectionem, sed a Iacobo desertus,
 infecta re discessit. In Sanctium præterea bellū sumpsit Ioā
 nes eius frater, fretus auxilijs Maurorum regis Bellamarini
 sed eius quoq; cōsilia fortuna destituit. Sanctius itaq; cum
 regnasset annis undecim, fato functus est.

Regnū Ferdinādus excepit, eo nomine quartus Sanctij filii Ferdinan
d^o quart^o
 us, quod annū agens ætatis nonū per matrē gerebat, unde
 huius pueritia, illius sexu cōtempo, plures in eū arma sum
 pserunt, una ex parte Aragoniæ Nauarræq; & Portugallia
 Reges, ex altera Alphonso de Lacerda, Ioannesq; patruus
 quorū alter se Castellæ Regē, alter Legionis assererat, iun
 ctis opibus in eū mouerunt. pietas tamen & prudentia ma
 tris incolome regnum filio seruauit, exceptis aliquot oppi
 dis ex prouincia Murtiæ, quibus Aragonū regi Iacobo ces
 sit, arbitrato Dionysij regis Portugallia, qui disceptator in
 ter eos, litem secundum Iacobum dedit. cūq; regnasset ani
 nos quindecim, duosque non obscuro loco natos, perduel
 lionis reos ex altissima turri præcipites dari iussisset, ijq; con
 stanter ab se crimen amolirentur, nec aliquid profecissent, eo
 confugerunt, Duo præ
cipitati
de turri.

Ferdinandus fatum, confugerunt, ut dicerent se diuinum tribunal appellare, pro indeq; meminerit ad dies triginta iudicio sistere, mos enim Gallis & Hispanis est, ut qui sibi iniuriam fieri queritur aduersarium moneat, ut ad certam diem, coram superiore compareat. Itaq; Ferdinandus adueniente trigesimo die, cum dormire crederetur in fata corruit,

Alphonsus xi. Alphonsus eius nominis undecimus Ferdinandi quarti filius, in patris locum successit, ductaq; Maria Portugalliae Regis filia, Petrum genuit, ex Leonora uero de Guzman Pellice, Henricum comitem Tristamaræ constituit, Federicum Diui Jacobi magistrum fecit, ex eadē præterea Sanctium, Teliuum, Petrumq; & Didacum, quorum duos ultimos Petrus eorum frater interimendos curauit. Alphonsus ubi satis in suos crudeliter & iniurie debacchatus est, in Arabas impetum conuertit, ab ijsq; sæpius prælio uictis plura receptis oppida, rerumq; potitus annis circiter quadraginta, pestis contagione correptus, obiit in obsidione castri de Gilbenar, eo die Veneris quo dominicæ passionis memoriam recolimus

Petrus. Petrus eo nomine primus Alphonsi filius habenas imperij suscepit, huic uxor initio fuit Blanca Borbonij Ducis filia, quam paulo post instigante Pallida sua, pellice dimisit, per causam quod aureo, gemmatoq; donatus ab ea cingulo, comperit inesse uim magicam Hebræi cuiusdam arte insertam, adeo, ut aliquando serpente succinctus sibi uideretur. Fama tenet eum sæuisse in necessarios, atq; per interpositum foedus in socios, ipsumq; Federicum Diui Jacobi magistrum ab eo obruncatum. Cumq; Machometus & Rubeus inter se de regno Granatæ cõtenderent, aduersaq; factionis opibus impar Rubeus, ad Petrum confugisset, humano, diuinoq;

noq; iure uiolato, hospes supplexq;, & olim socius, ab eo iugulatus est, in hiatu thesaurorum, quos aduexisse secum putabatur. Eius exinde fratres, Telius, Sanctiusq;, & Henricus, ad Aragonum Regem se recipiunt, impetratoque auxilio, Castellæ fines adoriuntur. Confluentibusq; ad Henricum Gallis, qui uulgo Societates appellantur, Regis nomen obtinuit. Vnde Petrus in Vasconiã proficisci compulsus, Anglos, qui Vasconiam tenebant ostentata præmiorum prædæq; spe pellexit, ut suppetias sibi ferrent. Principemque de Gales Angliæ natu maximum secum mitteret, initoq; prælio aduersus Henricum, uictoria potitus, eum regni finibus exegit. Henricus in Galliam uenit, instauratoq; bello Francorum Regis auxilio, Petrum superauit apud oppidum de Monuel, intraq; arcem compulsum obsedit, rebusq; suis diffidentem coegit ab eo colloquij facultatem petere, qua non impetrata noctu penetrauit in tabernaculum Beltrandi de Clarequin Franciæ Conestabilis & auxiliij Gallici præfecti, quo seu forte, seu de industria cum uenisset Henricus, dubium imprudente ne, an conscio Beltrando, Petrum stricto gladio confodit undeuigesimo sui principatus anno. Henricus eo nomine secundus frater Petri nothus, interempto Petro, regno potitus est, & si non omnes eius imperata fecerunt. Vxore ducta Ioanna Ioannis Emanuel infantis filia, Ioannem genuit eum qui post patrem regnauit, & Elionoram quæ nupsit Regi Nauarræ. Cūq; regnasset annis octo patrato paricidio, nihil præter naturam præterq; fatum passus e uita migravit.

Ioannes. Ioannes eo nomine primus Henrico patri successit, Elionora q; Petri regis Aragonum filia matrimonio sibi iuncta, suscepit, Henricum

pit Henricū, quē superstitē Regēq; Legionis & Castellæ reliquit, & Ferdinādū, qui post Aragonū Rex euasit. Amissaq; Elionora, Beatricem Ferdinandi Portugalliaē regis unīcā filiam superduxit, ex qua numerosam prole sustulit, defunctoq; Ferdinando socero persequens uxoris ius quorundā principum studijs, cum magna manu Portugalliaē fines ingreditur, cui Ioannes Ferdinandi filius ex Pellice quorundā suffragijs euectus in regium fastigiū, quāq; professus religionē quæ militaris appellatur, egressus obuiā repulit, infectaq; re exercitum reducere coegit. Aduersus hūc Ioannē, Rex Angliæ bellū gessit, quod regnū Legionis & Castellæ spectaret ad Alencastriæ Clocestriæq; ducem suorū liberū natu maximū, quē sibi Constantia pepererat filia Petri Legionis & Castellæ Regis eius, quē Ioānis pater Henricus interemerat. Verum Ioannes Exclusa Constātia causam suā se agebat, Infantē Ioannē, Emanuel eius auū maternū ex filia Ferdinandi de Lacerda natū, Alphonso decimi nepte ex filia natu maximo. Sed Angli cū traiecissent in Hispanias post aliquot prælia pacem Ioanni dederunt his cōditionibus, ut Catharina Ducis filia nuberet Henrico tertio prædicti Ioānis filio, uiuenteq; patre Henricus, & Catharina Principes Asturum declararentur. Itaq; regno constituto Ioānes equi lapsu oppressus interiit, undecimo sui principatus anno.

Henricus Patri successit Henricus, quē tertium supra nominauimus agens ætatis annū duodecimū, qui mox adultus, ex Catharina quam nupsisse ei dictum est, duas habuit filias, quarū altera Maria, altera Catharina materno nomine dicta est. Cūq; de cætero spem sobolis abiecissent, ob aduersam Regis ualitudinē Reginaq; corpulētiam, Ioannē suscepunt, Ferdinādū

Ferdinandū præterea fratrem, liberaliter habuit, & multis maximisq; donis in Hispania regnātem prosequutus est. Hic est ille Ferdinandus numerosæ proles pater ex uxore comitissa per Albuquerque susceptæ. Nam prius q̄ regno potitur ex ea genuit Alphonsum natu maximū, qui rex Aragonum fuit & Sicilia, Ioānem qui defuncto Alphonso fratre Aragonū regno potitus est, Ferdinandi quinti patrē, qui nobis ista prodentibus apud Castellā rerū potitur. Henricum præterea collegij diui Iacobi magistrum, Sanctiūq; magistrū quoq; de Alcantara, atq; Petrū, qui ictu molaris excussit tormento occubuit, Alphonso fratre Neapoli obsidente. Deterioris autē sexus habuit Mariam, quæ matura mox ætate nupsit Henrico quarto Castellæ Regi, Ioannāq; Portugalliaē Regina. Magnificus in ædificando fuit Henricus ædificiaq; tum sacra, tum prophana ad usus hominum multā condidit. Mittendis ultro citroq; legationibus ad alienigenas & diuersi quoque dogmatis principes apprime studuit, Mariam quoque filiam suo nepoti iunxit Alphonso Ferdinandi filio, Toleti morbo solutus, obiit cum regnasset annis sexdecim, ætatis anno duodetrigesimo. Ioannes ergo secundus Henrico patri mortuo successit infans adhuc in curia, eiusque rem Catharina mater & Ferdinandus patruus administrarūt donec ad pubertatē peruenit, annoq; ætatis quartodecimo regni gubernacula subiit, Mariamq; Ferdinandi patruī filiam duxit uxorem, ex qua genuit Henricum eius nominis quartū, quæ cum mature decessisset, altera coniuge superducta, suscepit Alphonsum & Elisabeth. Eodem tempore Martinus Aragonū Rex ultimus, absq; prole diē clausit, orta que de regni iure contentione inter Ioannem,

i 2 Ferdinandū

Ferdinandus.

Ioannes secundus

Aluarus. Ferdinandumque patrum Andegaviae ducem Vgellique comitem, quod uterque se propiore Martino materno stemmate praedicaret, armis regnum Ferdinandus asseruit & praesidijs regni Castellae. Multum poterat apud Ioannem auctoritate & gratia Aluarus de Luna ad inuidiam usque adeo, ut eius patruales Ioannes & Henricus fratres Alphonsi Regis Aragonum conspirantes una cum pluribus in eum bellum mouerint, quod Aluaro dimisso Ioannes extinxit, sed Aluarum non multo post comprobante Regina, suisque patruelibus ad se reuocatum recepit, iterumque facta in eum conspuratione habitoque utrinque delectu leui praelio primum congressi sunt, deinde gliscentibus animis acriter est pugnatum, donec Ioannes & Henricus accepta clade fugae se commiserunt, Henricusque paulo post ex uulnere in acie accepto decessit. Itaque diui Jacobi magistratus Henrici morte uacuum, Aluaro collatus est, sed ea fortuna propria diuturnaue illi non fuit, nam paulo post a Ioanne coiectus in carcerem, capitali supplicio affectus est in ualle quam uocant Toleti. Ioannes anno regni sui quinquagesimo diem clausit extremum, superstiti Henrico filio, quem uiuens in regni consortium assumpserat.

Henricus quartus.

Henricus eo nomine quartus inchoato principatu Blancam Regis Aragonum filiam, matrimonio sibi iunxit, eaque dimissa superduxit Heduardi Portugalliae regis filiam nomine Ioannam, quae dubium pepererit ne an sibi supposuerit puellam Elisabeth, quam uulgo pro Regis filia colebant omnes. Henricus contra Mauros exercitu ducto maximis eos claudibus affectit, adiutus auxilijs regni sui principum Ioannis de Guzman Ducis Melinae, Ioannis Pacheco, Marchionis de Villena

de Villena, Petri Gyron magistri Calatrauae, Federici eius regni Almarici Ecieci, Lupi Marchionis de Medoz, Aluari de Stumiga Placentini, Ioannis Pimantel, Benauentil Aluari de Toletto, de Alua Ioannis Mauriques de Castaneda Roderici Mauriques de Paredes, Gabrielis Mauriques de Orsono comitum. Itemque Comitum de Aro. Recepit oppidum de Gilbetrar, Castrum de Estipona prope Malicam, & oppidum de Alchidona quae Maurorum praesidijs tenebatur. Elisabeth eius filiam Sobrino suo collocauit regis Portugalliae filio qui patri successurus erat, sed Henrici soror Elisabeth suafu quorundam principum dam fratre curabat a Ferdinando Ioannis Aragonum Regis filio duci in uxorem. Nam rumor erat Elisabeth quae Henrici filia putabatur a matre fuisse suppositam, cum satis constaret Henricum genitalibus esse debilem, neque per naturam patrem fieri posse, qua spe Elisabeth elata, regni ius ad se peruenturum animo praesumebat. Itaque Henrico non ita multo post ab humanis exempto omnibus opibus utrinque ad arma itum est. Quom Portugalliae Rex Elisabeth Henrici filiae, Ferdinandus alterius Elisabeth Henrici sororis ius tueretur, uictoria penes Ferdinandum fuit, Regnoque Castellae cum coniuge potitus est. Ferdinandus ergo quintus, ac Elisabeth tori, regnique consors, paribus auspicijs administrabant omnia, bellumque susceperunt, & ad pietatem simul & ad gloriam maximum. nam Beticam partem, quam uocant Granatam, Maurique praesidijs is annos circiter octoginta occupata tenebant adorti sexdemum anno receperunt, sapissime fuis acie Mauris, qui maximis opibus obnixi resistebant, pulsisque Mauris Machumeticque superstiti one templa Deo optimo maximo condiderunt.

Malica.

Ferdinandus quintus.

Ferdinan
dus Ca/
tholicus.
Margari/
ta de Au/
stria.

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

runt, ueri cultus & Christianæ religionis inducto ritu. unde Ferdināus Catholici cognomētū sortitus. Elisabeth ex Ferdinando peperit unicum filiū, cui Margaritā de Austria collocauit, eam cui Carolus octauus Francorū rex nuncium remisit, sed nulla suscepta prole superstitibus parētibus diem clausit. habuit etiā Puellas quatuor, quarū prima regi Portugallia nupta, amisso uiro cum rediisset ad patrem, iterum Portugallia regi collocata est, ei qui mortuo sine liberis Puellæ socero, in eius locum successit, ostentata spe si puellæ parentes absq; uirili sobole decessissent aditū sibi, liberis uero in regnum Castellæ fore, secundam Philippus Archidux Austriae comesq; Flandrensiū duxit, Tertia Regis Angliæ natu maximo filio pacta est, Quæ remanet quarta adhuc innupta est, Hispaniam præterea purgauerunt omni superstitione, exactis inde Iudæis omnibus, & ijs qui Iudæorū ritibus imbuti nominatenus Christiani, uulgo Marrani dicuntur, quorū magna uis erat. Vix annus agebatur a morte filij, & ecce filiam cui regnum destinauerant mœstissimi parentes amissam lugent. Nec in alia quā Regis Angliæ filio desponsatā demonstrauimus admodū felices exiterunt, nam deducta ad uirū paulo post uidua, secundo regis Angliæ filio pacta est. Itaque eā quæ Philippo duci Austriae collocata est, cū uiro successionī designāt. Inito præterea scedere cū Ludouico duodecimo Frācorū rege, Alexandro sexto Pontif. max. subscribente paciscitur, ut paribus auspicijs, opibusq; regnū Neapolis, eiecto Federico Castellæ, necessario reciperent. Aragonei Ferdinādi filius erat Federicus ab Alphōso maximo natu proximus, qui post Alphonsi filiū Ferdinandū secundū, rerū potitus nondū cōstitutis regni uiribus, uir

Philipp⁹
Austrius.

DE REGIBVS HIEROSOLYMORVM LIBER I. 36

alioqui nihilminus, q̄ ad arma natus, Gallorū uirtute facile pulsus est. Itaq; potentissimi duo Reges aliquādiu Regno Neapolis æquo iure potiti sunt, donec eorū culpa qui limites inter agros, qui cuiq; cederent, in confinio posuerunt, ingēs exarsit bellū, primoq; prælio a Gallis Hispani intra Baroli moenia cōpulti sunt, seq; arcū præsidio tuebant. Exinde Gallorū negligētia qui ueluti pacato iā regno per ociū potiebant, instauratis opib; iterū belli fortunā tentant apud Cidoniolā, uictisq; Gallis Neapolim recipiūt, aliaq; mox oppida, quæ Neapolis exēplū sequuta, deditionē fecerūt, p̄ter Caietā, quā Gallorū præsidio firmatā Hispani obsederūt.

LIBRI TERTII FINIS.

MICHAELIS RITII

NEAPOLITANI, DE REGIBVS HIEROSOLYMORVM, LIBER VNVS.



Jerusalem, Balduinus & Eustachius Bolonijs fratres, Petrus Eremita

HIEROSOLYMIS in pristinum ueri Dei cultum receptis, Idibus Iulij, anno salutis Millesimo undecentesimo, Reges ibi nostri dogmatis ex ordine fuerunt hi.

Gothfredus unus e ducibus eius expeditionis,

quam susceperunt ad asserendam terram, quam uocant sanctam,

Hierosolymitanos reges.

Gothfredus.

Eremita

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

Eremita, qui plures suis euocauit auspicijs, Episcopus Aniciensis, uel ut ab alijs appellatur Podiensis Raimondus diuini comes Egidij, Philippiq; Fracorum Regis huius nominis primi frater Vgomagnus. Robertus item Fladriae, Stephanusq; Carnutum comes, & Normandiae dux, ipseq; Gothofredus, qui Hierosolymorum Rex omnium consensu declaratus abstinuit insignibus. nam ne q; titulum regis usurpauit unquam, neq; diademate caput ornari passus est. haud enim putabat hominem qui bona fide Deum coleret, audecere coronari, ubi dei caput sentibus est ornatum.

Balduin^o. A rebus humanis exempto Gothofredo, Balduinus excepit habenas regni, cui non ita multo post obita morte successit eiusdem nominis alter Balduinus de Burgo, superioris Balduini consobrinus, qui naturae concessit, Innocentij secundi pontificatus anno secundo.

Fulco. Post eum Fulco comes Andegauensis rerum potitus est. Is dum festinat aduersus nostrae religionis hostes Edessam Mesopotamiae urbem oppugnantes, leporēq; citato cursu premit, equi lapsu praecipitatus occubuit. In patris locum successit Balduinus eius nominis tertius, a primo tamen Hierosolymorum rege quintus. Is excedens e uita penes Almericum fratrem rerum summam reliquit, Alexandro tertio Pont. max.

Almeric^o Balduin^o quartus. Almerico patri successit Balduinus eo nomine quartus in ordine regū septimus, qui leprae morbo correptus, & omni spe prolis abiecta, Balduinū Guilielmi Longaespata Marchionis motis ferrati, quem soror eius Sibylla pepererat instituit habere successorem. Balduinus itaque eius nominis quintus, a primo Hierosolymorum Rex octauus impubes inijt

Balduin^o quintus. a primo Hierosolymorum Rex octauus impubes inijt

DE REGIBVS HIEROSOLYMORVM LIBER I. 37

inijt principatum, cui se tutorum Beltrandus comes Tripolitanus ex auunculi testamento gerere cū uellet, Guido Lusignan^o pueri, uitricus, & cui Sibylla Balduini mater erat nupta, administrationē regni ui occupauit. ipse Balduinus octauo post auunculi mortem mēse diem clausit, in eius locū Guido sufficitur, adnitente Sibylla coniuge Balduini mater. cuius principatu, Saladinus Hierosolyma uix uno oppugnata mense redegit in potestatem suam, nostrae salutis anno Millesimo centesimo octogesimo septimo, cum per annos undenonaginta fuisset in potestate regum nostri domus. in ipso captae urbis tumultu Sibylla cum quatuor liberis occubuit. Conradus itaq; Marchio Ferratensis Hifabellam Sibyllae sororem, quae regni ius ad se spectare praedicebat Henfrado Toronio nuptam, ui compulit in eius matrimonium. seque Hierosolymorum regem uoluit appellari.

Mox a duobus Sicarijs quos Saraceni uocant Arfacidas in foro trucidat^o est, uxorq; Hifabella Campaniae comiti nupsit Henrico, qui Tyri dominatum tenuit, ideoq; Hierosolymorum rex appellari respuit, quia Philippum Franciae regem ex Asia redeuntem in Gallias subsequi constituerant, ut quicquid illic erat Gallorū. Guido Lusignan^o a Sibyllae liberorumq; morte regnū sibi competere iudicabat, hac ratione, quod eius liberi Sibyllae matri successissent. Ipse liberis, eoque nomine, quom regnum uellet asserere Ricardus Angliae Rex, qui per id tempus in Asia christi nomen propagabat ultro cōditiones obtulit, ut Guido se pecunia iuuaret in stipendium religionis amplificandae, regnumq; Cypri acciperet, quod ipse Ricardus in potestatem suam redactū praesidijs firmauerat, Ita tamē ut Guido Lusignan^o Cypri

Guido.
Conradus

Reges Cypri.

k Cypri

Cyprus ad Venetos; Cypri regno potitus, & eius posterius usque ad Iacobum Lusignanum, quem nos etiam regem uidimus, eoque mortuo non ita multo post, quo iure, qua ue iniuria nescio, cessit in potestatem Venetorum.

Americus; Cypri regnum mortuo Guidone consecutus est Americus eius frater. is qui paulo post Hierosolymorum regno per uxorem potitus est. Hisabella namque Sibyllae soror ei tertio iam nupsit, unde Americo in principatum Hierosolymorum Tyricum & Ptolemaidis, a quo renuntiatione Guidonis exciderat, aditus patuit. Cuius rem Christianam parum uigilanter administraret, nostri dogmatis in Asia principes Ioannem de Bregna Gallici generis equitem bellica uirtute clarissimum, regem Hierosolymorum declarant, accessitque anno Christianae salutis Millesimo Ducentesimo nono in regiam inducunt, Conradique montis Ferratensis & Hisabellae filiam eius, quae Sibyllae soror, & Alberici cognomento leprosi fuit, cui regnum competebar, uxorem duxit.

Austriae Dux; Honorij denique tertij Romani Pont. autoritate, cum plerique Christiani Principes in Asiam traiecissent, ut nostram rempublicam propagarent, & in his Andreas Ungariae rex Belae tertij filius, Austriaeque dux, & comes Niuernensis, oppugnarentque Damiatam, Soltanusque subsidium ferret obsessis, ipse Ioannes accensa tragula faciem perstrictus uisitataque est, inducensque factis in Asia cum Machumethanis, in Italiam redijt, filiamque ex Iole coniuge iam defuncta susceptam Federico secundo collocauit imperatori Romanorum, cuius uxor paulo ante decesserat, Hierosolymorum cessis in dotem iuribus, indeque se recepit in Galliam, librarumque Parhisiensium

Parhisiensium sexaginta milia consequutus est; ex Legato Philippi regis, a demque diui Iacobi petijt ex uoto, alteramque duxit uxorem, Berengariam regis Hispaniae sororem Germanam, reuersus in Italiam, quom rem Christianam parum feliciter in Asia geri certior factus esset, ob ipsius Federici generis sui perfidiam, Bononiae substitit, hexarchatumque Rauenennae Galliaeque togatae parte quae Romandiola dicitur indulgentia Gregorij noni adeptus est. inde euocatus ad urbem Romae magistratum permissu Pont. audita morte Roberti Comitis Altisiodorensis imperatorisque cui Balduinus frater successerat, Constantinopolim redijt, abactoque Balduino principum studijs imperator creatus est, his conditionibus, ut Marta Ioannis filia quam susceperat ex Berengaria secunda coniuge Balduino nuberet in spem successionis. A Baetaro deinde Graeco magno opere uexatus est, eo, qui firmata praesidijs Andrinopoli, titulum imperatoris usurpabat, donec extremum clausit diem, Balduinusque successit ex pacto, nec ipse multo post, imperium, regnumque Hierosolymorum cum morte commutauit, Regesque Siciliae qui genus ab Iole ducebant uxore Federici, qui rerum potitus est etiam Siciliae, regesque Cypri, quorum origo erat ab Hisabella, quae uouissime nupsit Almerico Lusignano, ceperunt inter se de nudo regni Hierosolymorum titulo concertare, cum quisque se regem Hierosolymorum appellaret & inscriberet.

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI
MICHAELIS RI-
 TII NEAPOLITANI, DE REGIBVS SI-
 CILIAE, EORVMQVE ORIGINE ET
 SVCCESIONE, LIBER PRIMVS.

Reges
 Siciliae.



REGES Siciliae quos & Neapol-
 lis appellant ab eorum regia, to-
 tiusque regni principe ciuitate
 Neapoli, genus a Normannis
 habuisse constat. Nam post im-
 perij Romani fractas opes, pars
 illa Italiae cui Sicilia attributa e-
 rat, Gotis aliquando paruit, &
 Alarico regi eo nomine secundo
 quem diximus in alueo Basendi, qui fluuius urbem Con-
 sentiae praeterfluit esse conditum, sed in Longobardoru diti-
 one partim fuit, ut Beneuenti ducū Salernitani Campaniq;
 principum, Apulia uero Calabriae Constantino-
 peratoribus adusq; Michaelis Cathalaici tēpora paruerūt.
 Guilielm^o Obtinebat in Italia Guilielmus cognomento Ferrabat ori-
 Ferrabat. gine Normannus omnem fere Romandiolam, quam Gal-
 lia togatae partem Flaminiam prisca uocant, amissoq; Tan-
 credo patre duodecim fratres habuit, armis & ingenio praer-
 stanti uiros, & in his Robertum cognomento Biscardum,
 Drogonem, Vnfredum, Gothfredum, Ricardumq; & Ro-
 gerium. Cūq; Siciliam Carthaginenses occupassent, & ipse
 ad aliquod praecclarum facinus animum adiecisset, in ita soci-
 etate cum Salernitano, Campanoque principe, & Malocho
 graeco

graco, qui Constantinopolitani Legatus imperatoris Apu-
 liae & Calabriae praerat in insulam coniunctis copijs, traie-
 cerunt, his cōditionibus icto foedere, ut omnis praeda quatu-
 or in partes diuideretur, insulaeque fines, si quos ab hoste rece-
 pissent, paribus auspicijs & in communi tenerentur. Confe-
 cto demum bello reque feliciter gesta, cum totam insulam re-
 degissent in potestatem, Malochus uiolato foedere praesidi-
 is suis oppida firmavit, eaque regenda magistratibus ab im-
 peratore suo missis, cum supplemento tradidit. Hanc iniuri-
 am Guilielmus pro tempore dissimuladam sibi putauit, re-
 deuntibusque ad sua Campano, Salernitanoque principibus,
 ipse per Apuliam circumduxit exercitum, obiterque Mel-
 phim urbem natura loci munitissimā circumfedit, oppida-
 nosque ad deditioem pellexit. Eo nuncio percussus animo
 Maloch^o, primo quoque tempore castra posuit ad Melphim
 neque Guilielmus intra moenia se continuit, longoque itinere
 fessos Graecos atque incompósitos adortus, longeque pepulit,
 ex eoque praelio bona regionis parte potitus, e uita migravit,
 ei que frater Drogo successit. Is Drogo non ita multo post a Drogo:
 Melete quem Constantinopolitanus imperator in locum
 Malochi suffecerat, omni fere Apulia primo statim aduen-
 tu cedere coactus est, exinde male nouis auctus copijs, in-
 staurato praelio Graecos acie superat, amissaque in Apulia re-
 cipit. Interea a prouincia decessit Meles, eamque Pubagano
 tradidit Imperatoris Catipano, magistratus id nomen est. Catipan^o
 Agebaturque salutis annus octauus ad millesimū cum Pœni
 hostiliter in Italia, occupata Capua, Barum oppugnabant,
 eoque potituri uidebantur ni Petrus Orseolus Venetorum
 Dux subsidio uenisset. Capuam Campaniamque recuperauit
 k 3 Henricus

Henric⁹ Caesar. Henricus Bavariae dux, anno duodecimo, ex quo Romario r^u Rex appellatus est, cū Romā tū primū uenisset, ut a Stephano octauo Pont. max. coronaret. Ipsumq; Bubaganū quē Saracenis fauisse compererat, acerrimo bello persequitur, urbemq; Troiam Græcorū Coloniā circūsedit, opportunitate loci ductus, inde nanq; Græcos simul Apulosq; in fide cōtineri, Græciāq; & Romanorū fines infestari posse intelligebat, quatuorq; mensibus interpositis oppidanorū deditio, Troia potitus, acceptis obsidib⁹ in urbē redijt, inde protinus in Germaniā. Per idē tempus a Normannis Apulia, a Græcis Calabria pars ea quā Brutij tenent occupatur, Henrico deniq; uita functo, Conradus origine Sueuus qui sub eo duxerat ordines, occidentis imperio præficitur, orientis aut̄ Cathalaico Michael Etheriacus, cui⁹ principatu Græci cū Drogone Normannisq; congressi, maxima dade affecti sunt apud Aufidū. Drogo tamē in acie desyderatus optatam uictoriā suis reliquit. Drogoni quia nihil in uita liberorum suscepit, frater successit Hunfredus, qui comitatū tenuit Apuliæ per annos septem in eo quo accepit statu, nā neq; fines ampliavit, nec diminui passus est. Exinde Gothfredus Apuliæ rem tenuit, eodēq; tempore Guamarinus Salerni princeps a suis interfectus est, & in eius locū Gisolphus frater subrogatus, is oppidū Beneuenti, quod est in die ntelafideq; Romani Pont. aperto bello adortus, in potestate redigere tētauit, ac anteq; subsidio uēturus Henricus is qui Conradus successerat, Alemānos deduceret a præsidio Verclariū Gisolphus auxilio Gothfredi Beneuenti potitur, ipsumq; Leonē nonum Romanū Pont. apud Teate, quod oppidū Maurocinorū Ciuitā uulgo uocant, cū copijs occurrentē superant

Drogo.

Hūfred⁹.

Gothfredus.

perant, uiuūq; capiunt, in sūmo tamē habent honore, deduciq; in urbē curant prosequētibus eius iter om̄ibus Beneuenti sacerdotib⁹. Interpositisq; paucis dieb⁹ hominē Gothfredus exiuit. Moriens Gothfredus Belegardo filio principatum reliquit, cū summa Roberti cognomento Biscardi indignatione. Nam moris antea fuerat in locum defunctorum fratres Apulia potiri, quippe quā paribus auspicijs & sumptibus in cōmune quæfissent. Itaq; Belegardo ui exacto Biscardus Apuliam sibi uendicat, amissaque uxore Abderada quæ Boemūdum sibi pepererat, alterā superduxit nomine Giliardā Gaimarini filiam Gisolphi principis Salernitani fratris. A Nicolao primo Romano Pont. per legatos petijt ut ad res Apuliæ, Calabriae q; cōponendas animū adijceret. Quā nactus occasionē Nicolaus ad comprimendū quorundam tumore perfidiāq; qui se duces ecclesiæ professi, quos Capitaneos uulgo uocant, imperij sui fines uexabant, in Apuliam cū legatis ad Biscardū se contulit, inducta q; censura qua prius eum notauerat, ut ecclesiastica regionis incubatorem, Calabriae Apuliæq; ducem declarauit, recepto prius ab eo Beneuenti oppido, conceptisq; uerbis iuramēto, quod tiens usus ueniret, auxilium Romanis Pont. allaturum. Itaque socius stipendiarius ecclesiæ Romanæ factus, partem copiarum cum Pontifice misit ad domandos, ut iactabat ecclesiæ subditos, qui imperata facere recusarent, sed eas ab humanis exempto Pont. continuo reuocauit, & Materam, Tarentumq; quæ Græcorum iuris erant ad deditiōnē pellexit. Interposito tēpore cū Pontifex esset Alexander eius nominis secundus, æmulumq; dignitatis haberet Cadolum, quem sibi componebant ecclesiasticae seditionis autores & Schismatici

Belegardus.

Biscard⁹.

Inducta, id est, relaxata, remissa.

Scismatici. Costinoq; Dioclizi Cōstantinopolis imperato
re uita functo, priusq; Romanus cognomento Diogenes
in eius locum suffectus imperij rem constituisset, ipse Biscar
dus Kyriacum Catipanum (sic enim legatus imperatoris in
Italia uocabatur) incautum adortus, apud Vestam Apuliae
in sinu Gargani oppidi opprimit, pariq; celeritate Mōtem
pilosum urbem Lucaniae non procul ab Apulia positus ca
stris obsedit, eiq; obsidioni praeposito fratre, maiorib; ipse
copijs Barolum petit, Adriatici sinus oppidū, tertioq; post
anno longa obsidione fessos, in potestatem recepit. Interea
Rogerius Biscardi frater, terra mariq; Brundisium preme
bat, & Biscardus agmen a Barolo duxerat in Regium Bruti
orum, breuiq; potitus oppido, transijt in Siciliam, obsesso
q; terra mariq; Panormo, cum res in lōgum protraheretur,
fratrem castris praefecit, ipse reuersus in Apuliam, Trantum
cepit oppugnare. Eodemq; tempore, salutis anno millesimo
septuagesimo tertio, mense Ianuarij, Biscardus Trano,
frater Panormo potitus est. Interea Ricardus alius Biscar
di frater, eiusque filius Guilielmus, partitis inter se copijs, al
ter Capuam adortus, alter Beneuentum, repulsiq; ab oppi
danis, exercitum reduxerunt. Alexandroq; Pont. quem de
monstrauimus, ab humanis exempto, Gregorius septimus
in eius locum successit, is inauguratus habito Lateranēsi cō
cilio Biscardum Normannosq; diris per omnium sacerdo
rum religiones execratus est, per causam quod ij quae iuris
erant ecclesiae contrectarent in agro Piceno, quam Marchia
nunc Anconitanam uocant, oppida que nonnulla firmata
praesidijs obtinerent, quoue testator ea deuotio foret in
acta retulit, in eos tamen arma non sumpsit intētus. compo
nendis

Diris exe
cratus est
quod uul
go dici
excōmu
nicauit.
Deuotio
excōmu
nicatio,

nendis Alamanniae rebus, ut Henricus secundus Romano
rum rex, pace domi parta, copias in Italiam ducere posset, &
Normānorum ferociam compescere. Biscardus interea Co
sentiam sanctamq; Seuerinam, quae Brutiorum sunt oppi
da sub ditionem suam misit. Vxoris suae fratrem Sisulphū
Gisolphi principis Salernitani filium, qui patri successerat,
adortus incautum praelio superat, industriaq; Michaelis Di
oclizi, qui impar opibus Nicephori exactus ab imperio Cō
stantinopolis, ad Biscardum confugerat, ecclesiaeq; reconcili
atus est, omniq; nisu contendebat, ut Michaelem restitue
ret imperio, sed eius conatus Veneti qui Nicephoro stude
bant impediuerunt. urbem Dyrrachij tamen obsidione cin
xit, cui Boemundum filium praefecit. Ipse contractis quascū
q; potuit copijs Romam ire pergit ut Gregorio Pont. subsi
dium ferret, ab Henrico Romanorum rege in arce Cresen
tij obsesso, exemptoq; ab obsidione Gregorio pristinam di
gnitatem restituit. Sed is absente Biscardo Romae tutum se
fore nō ratus abeuntem Salernum prosequutus est. Vnde
Biscardus, qui non tam reducendi Michaelis q; occupandi
imperij consilia agitabat, magnam instruxit classem, qua cū
Venetis Graecisq; bis admodum prospere pugnauit. cunq;
indinante ad eum cum fortuna hominum studio Dyrrachi
um, pluraq; finitimae regiois oppida subegisset, ecce in ipso
rerum cursu mors intempestiua uictoriam de manibus eri
puit, anno salutis Millesimo Septuagesimoseptimo, mense
Iulij, dum esset apud Cassopen Epiri oppidum Molossis
attributum.

E duobus Roberti filijs Apuliae principatum Rogerius ob. Roger.
tinuit, quom Boemundus in Dalmatia cum copijs esset eo
tempore

Boemundus.

tempore quo pater excessit. In Sicilia tamen aliquot urbes a Rogerio desciverunt. Interea Boemundus indigne ferens nullam paterni principatus ad se partem peruenisse, deductis ab oppidis quae subegerat in Dalmatia praesidijs, instructa q; classe uenit Hydruntem eiusq; discessu Alexis Graecus imperator Dalmatiam nactus uacua facile recepit. & Rogerius urbem Capuam obsidione pressam compulerat ad deditio- nem, quom Boemundus ductis in eum copijs ad praeliu prouocauit, nec per Rogeriu stetit quo minus acie dimicaret, sed qui in utroq; exercitu inducebant ordines, auspicijsq; Biscardi stipendia fecerant, impetrauerunt a Rogerio ut permissa Boemundo Apuliae parte, a bello discederet, acerbum em ui- debatur, ut qui toties sub imperio Biscardi, pro isdem signis in praelio steterant, inter se decertarent. Itaq; rebus compo- sitis Urbani Pont. indulgentia, frequenti apud Melphim pa- trum sacerdotumq; concilio Rogerius Apuliae Calabriae q; dux appellatus, in uerba Pont. iurauit, exinde profectus in Sici- liam Siracusas urbem, quae mortuo Biscardo defecerat, iteru re- cepit in fide, Pontifexq; ex Melphi Troiam petijt, at Boemundus eam nactus occasione Melphim occupat. Ea res a Sicilia Rogeriu reuocat. Habito namq; delectu conductisq; Penis traicit in Italiam, raptimq; ducit agmen in Boemundum, qui munitionibus oppidi fretus obsidionem tolerabat. Interea Ricardus diffidentium Germanorum opportunitate usus, Capuam unde eiectus a Rogerio fuerat, recuperauit. Per idem tempus in concilio quod Urbanus apud Claromontem coegit anno salutis Millesimo nonagesimo quarto, actum est de recipiendis Hierosolymis, indictamq; expeditionem pleriq; Christiani principes sequuti sunt, & in his Podien- sis, uel

Conciliu Claromontanum. Expeditione Hierosolymitana.

sis, uel, ut ab alijs appellatur, Anniciensis episcopus, Hugo Magnus Philippi frater eius nominis primi Francorum regis. Quibus iter per Apuliam facientibus honesta ductus aemulatione Boemundus, ne tam sanctae gloriosaeq; expeditionis expers esset, urbe Melphi Rogerio fratri cessit, ac in ea militia se ducem professus, cum duodecim milibus ar- matorum nomen dedit. Ipse quoq; Rogerius potestatem militibus suis fecit, ut si qui uellent eum sequeretur. In eo bello Boemundi uirtus enituit adeo, ut Antiochia capta, com- muni nostrorum consensu, princeps in ea constitutus, Constam- tiam Philippi Francorum regis uxorem duxerit. Rogerius a Boemundi discessu Siciliae comitem se per epistolas & di- plomata nominauit, eodemq; fere anno mortuus est, expug- nata prius urbe Canusij, quo notam deleret cladis illic ac- ceptae a Romanis, in qua in eodem cum Boemundo fratre conditorio iacet, ut indicat epitaphium. Nec plane constat ex Antiochia ne Boemundi corpus in Apuliam relatum sit, an ipse adhuc in uita eo redierit.

Nomen dedit.

Apuliae principatum Guilielmus excepit Rogerij filius, oppi- da Siciliae cesserunt in Rogerij potestatem Rogerij superio- ris ex fratre nepotis, is qui Pascali secundo Pont. sex aureo- rum milia dono dedit aduersus Antipapam Gibertum, pa- cemq; ab eo impetrauit. Ipse quoq; Guilielmus Alexi Con- stantinopolis imperatore uita functo Caloioanis sororem duxit, eam quae nupta fuerat Alexidi, confarrandoq; con- nubio Constantinopolim profecturus Apuliam Calabriae q; Calisto eius nominis primo qui Pascali successerat, abies commendauit. Eius absentiam Rogerius opportunam suo consilio nactus, Calabriam ui redegit in potestatem. Cuncq;

Guilielmus.

Confarrando, id est, copulando; uocabulum est Apuleia n. Meminit confarrationis Plinius in xvij.

Calistus subsidio Beneuentum uenisset, eiusque exercitus ad uersam ualitudinem magna ex parte contraxisset, ipse quoque, uel insueto labore, uel ex animi sollicitudine morbo implicatus, in urbem lectica relatus est. Ea res occasionem Rogerio dedit, ut occupatis omnibus quae Guilielmi iuris erant, appellationem regis Italiae non ueritus sit usurpare. Calistus diris & execrationibus effundens iram, prius morte praeventus est, quam minas ad rem conferret. Sed Innocentius eo nomine secundus, in locum Calisti successit, inito statim Pontificatu, contra Rogerium mouit, incautumque aggressus ab oppido sancti Germani Cassinum compulit, Castellumque Gallucij circumsegit, quo se Rogerius ex fuga receperat. Interea Guilielmus Rogerij filius qui se Calabriae ducem scribebat, cum auxiliariis interueniens copiis, obsidione patrem liberauit, ipsumque Romanum Pont. nonnullosque Cardinalium cepit, habitosque in honore dimisit, impetratis a Pont. quaecumque uoluit, excepto Regni titulo. Sed ad famam capti Pontificis, Petrus Petri Leonis filius ciuis Romanus, qui Pontificatus comitijs Innocentio succubuerat, inuadit Pontificatum indito sibi Anadeti nomine, cuius impar factioni, sibi putauit Innocentius in Galliam confugiendum ad Philippum secundum cognomento Adeodatum. Interea Anadetus Rogerium pellexit, utriusque Siciliae concessoregni titulo, ut se Pont. salutaret. Innocentius ex Gallia reuersus una cum Lothario, quem Germani principes Romanorum regem creauerant, amissam dignitatem recuperauit. euocatoque rursus in Italiae Lothario bellum suscepit in Rogerium, nec multo post eum regno Neapolis exegit, in insulam Siciliae compulso Rogerio, quicquid in Italia Rogerius

Comitia Pontificatus.

Innocentius in Gallia.

Lotharius Caesar.

gerius obtinebat, imposito Rainone Lotharij nepote, quem prius Apuliae Ducem declarauerant, praesidijs firmauerunt. Innocentio uita functo non eadem fuit in Rogerium uoluntas Caestino Lucioque deinceps eius successoribus. Itaque Rogerius amissa dubium ignauia an indulgentia pontificum recepit omnia, tantum titulo Regis Italiae abstinuit, contentus in posterum Siciliae rex appellari. Bellum suscepit aduersus Paeonos, eosque tot affecit cladibus, ut regem Tunecis iniquis conditionibus impetrare pacem compulerit, pacto solutoque stipendio circiter annos triginta. Cuius Constantino- polis imperator Emanuel eius nominis secundus appulso in Asiam Christianos male acciperet, Rogerius ex Africa reducta classe eum bello persequitur, Corcyramque & Euboeam insulas, Corinthum Thebasque urbes, expugnatas diripuit, suburbiaque Constantinopolis igni ferroque uastauit in Italiam rediens incidit in classem Imperatoris, atque Venetorum, amissis triremibus una & uiginti uix elapsus est. Exinde non diutius in humanis fuit, anno salutis supra Millestum quinquagesimo secundo uita functus. In eius locum subijt Guilielmus filius, qui statim inito principatu cum per Anastasij quarti mortem Pontifex esset Adrianus & ipse quartus, ecclesiae rem contrectare cepit, occupatisque Beneuenti, Babucinique suburbijs ab Adriano diris execrationibusque deuotus in discrimen uenit, nam quom Pontifex stipendarios Guilielmi socios ab omni iuramento, quod ei concepit de more uerbis, ut regi praestiterat absolutos cesseret, aliquot ex Apulia Calabriaque proceres, & in his Ricardus Capuae princeps a fide defecerunt, autores fuerunt Adriano, ut copias in Guilielmum duceret usque Beneuentum. Cuius

Guilielmus

Guilielmus imperata facturum se polliceretur, & quicquid occupasset ecclesiae restitutum ire, Pontifex quorundam patrum suasu conditionem respuit, eo magis quod a Paleologo secundo Constantinopolis imperatore, qui successerat Emanueli. Legatus Anconam cum mandatis uenerat, auxilio fore Paleologum cum omnibus copijs aduersus Guilielmum si Pontifex ei tres Apuliae maritimas urbes ex foedere traderet. Itaque cum Guilielmus apud Brundisium conferta manu Gracos & Apulos, qui pro Pontifice stabant in genti praelio sudisset, agmenque raperet in ipsum Pontificem, pacis condiciones, quas antea respuerat ultro Pontifex obtulit iterumque in sua uerba iuratum Guilielmum utriusque Siciliae regem declarauit, isque mox apud Panormum decessit, anno salutis Millesimo centesimo sexagesimo sexto. Ab eo regnauit, & ipse paterno nomine Guilielmus secundus, Alexandri tertij Pontificis maximi gratiam promeritus, quod ab Aeneobarbo Federico post illatam Romanis in agro Tusculano dadem, in urbe obsessio Pontifici, triremes subsidio misit, eumque pecunia rebusque obsidioni toleranda necessarijs obnixi iuuit, in Asiam praeterea quadraginta triremes aduersus Saladinum misit, a quo Christiani premebantur, excessit e uita Panormi sine liberis, unde Clemens tertius, Alexandri successor in ius ecclesiae regna tentauit asserere, sed utriusque Siciliae proceres in defuncti locum Regem sibi creauere, Tancredum eius patrum, Rogerij ex Pellice filium. Sed qui Clementi mortuo successit Celestinus tertius, Henricum Aeneobarbi filium Federici, Siciliae regem declarauit, eius qui cum iam Syriam teneret a Barbaris receptam, & in amne quodam lauatus, clausis uitae meatibus expirauit, unde Germani principes

Guilhelmus
secundus

Tancredus.

Federicus
Barbarossa.

cipes Henricum in patris locum suffecerant. Henrico Constantia nupsit Guilielmi secundi soror ex Parthenone sursum deducta, permissaque Pontificis resecrata, cum rite captiurasset in uerba religionis. Excepit etiam Clemens ut Henricus a Tancredo regnum suo sumptu reciperet, censumque ecclesiaeque quotannis stipendium solueret.

LIBRI PRIMI FINIS.

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI, DE REGIBVS SICILIAE, LIBER SECVNDVS.



HENRICVM Constantiamque Neapolim obsidentes, ingens coorta pestis exercitum deducere coegit, ac in Alemanniam reuerti, uerum non ita multo post Tancredo Rogerioque eius filio, apud Siciliam uita functis, in Italiam redierunt, cum Federico filio, quem Constantia praeter omnium spem grandior aetate pepererat, paruoque negotio Regno Neapolis, insulaeque Siciliae potiti sunt. Autore Celestino tertio Pontifice, classe lectissimis quibusque militibus, omnique bello apparatu instructam duce Saxoniae, & Archiepiscopo Maguntino praefectis in Asiam misit. Et iam uita functo Celestino patrum suffragijs Innocentius in fastigium Pontificatus euectus est, is e Britania Simonem de Monteforti

Federicus.

Saxoniae
dux
Maguntini
Archiepiscopus.

Monteforti uirum rerum gestarum gloria clarissimum, per litteras & certos homines euocatum cū mediocri Gallorum manu, subsequi Henrici classem iussit, sed utrūq; fortuna deseruit, nec in Asia quicq; memoria dignum gesserunt. Interea apud Messanam ab humanis exempto Henrico, Federicus impuberi adhuc atate successit in regno, tutore Philippo patruo, quem moriens Henricus imperatorem testamento instituerat. Ad hunc nuncium archiepiscopus Maguntinus, & Dux Saxoniae rebus in Asia nondum confectis euestigio redierunt, indignum rati Philippum Germanis imperare ex Henrici tabulis, itaque nonnulli Germani principes Othonem Saxoniae ducis fratrem, eius qui nuper ex Asia redierat, imperatorem declarant, alij Philippo student. Federicus adhuc impubes ab Othone non paucis affectus incommodis est. Otho namq; cum coronatus esset ab Innocentio tertio, quae iuris erant ecclesiae non ueritus est atrectare, multaq; regni Siciliae partim gratia, partim ui sibi uendicauit oppida, nec inde poscente Pontifice praesidia deducere uoluit. Hinc Innocentius eos qui deficerent ab Othonis imperio solutos omni noxa, neq; sacramento teneri iudicauit. Ea res aliquos impulit, ut ab eius fide desciscerent. Ipsi Germani principes ad quos imperatorem spectat eligere, suasu Philippi Francorum regis Adeodati, Federicum de quo nunc agimus Romanorum Regem declarauerunt. Is annum uigesimum tūc inibat, & suspectum habebat Othonem ne superpetias Angliae regi ferret auunculo suo contra se, propterea pro sua uirili parte studebat eius opes infringere, sed cum Pont. imperij nollet insignia Romae sibi tradere, profectus in Alamanniam Philippus apud Maguntiam ab eius urbis

Otho
dux Sa-
xoniae.

Federic⁹
Caesar II.

Archiepiscopo

Archiepiscopo diadema accepit, inijtque foedus in oppido Vallis coloris iuxta Mosam fluuium cum Ludouico huius nominis septimo, qui Philippo patri successerat, in quē bellum gerens Otho prope Tornacum ingenti praelio uictus, ex animi moerore in morbum lapsus, paucis exinde diebus obiit, ecclesiaeq; Romanae Fundos oppidum, quaeq; Fundis attributa sunt, ex testamento reliquit. Othone mortuo Federic⁹ ab Honorio tertio facile impetrauit, ut insignibus imperij Romae decoraretur. Vxorem praeterea duxit filiam Ioannis de Bregna nouissimi Hierosolymorum regis, ex Iole priore coniuge, per quam ius Hierosolymitani regni cedente socero consequutus est. Ex quo Federicus & qui deinceps, in regno Siciliae successerunt, Hierusalem Reges appellati sunt. ex his Puellae connubio Federicus Henricum sustulit & Conradum, cum prius ex Pellice duos haberet, Alterum Henricum, quem Sabiniae regem constituit, alterum Manfredum. Cūq; propter improbos eius in ecclesiam conatus decreto Pont. abstentus, hostisq; iudicatus esset imperio timens, Henricum, quem ex iusto matrimonio genuerat, annum uix agentem decimum Regem Germanis imposuit. Exacerbauit eius factum pax data Soltano, legatis ultro citroq; missis, unde Gregorius nonus Honorij decretum confirmauit, & Federicum iure diris execratum cēsuit, cū praesertim recusaret expeditionem pro recuperanda terra sacra suscipere, sicut ex uoto tenebatur, in Asiamq; simulata profectio per eius satrapas agri Piceni fines adortus esset, in collecta fraude, Pontifex Ioannem Federici socerum, quem Roman diolae praefecerat, euocauit, habitoq; delectu contra eiusque tumultuarie copijs ecclesiastici iuris omnia recepit,

Philipp⁹
ab Archi-
episcopo
Magunt.
coronat⁹

Federic⁹
secūdus.

Reges
Hierusa-
lem.

Abstētus
id est, ex-
cōmuni-
catus. Cy-
prianicū
uerbū est

m partemq;

partemque regni Capua tenuis in ditionē suam redegit. Ob
eamque rem Federicus ex Asia reuersus equitum magistrum
Prutanorum Messanæque Archiepiscopū legatos ad pontifi-
cem misit, ut ab eo ueniam supplices impetrarēt, oblatas a
Pontifice conditiones accepit, ut imperio recepto Rex Ale-
manniæ Siciliæque tantum diceretur, & quicquid amisisset ex
regno Neapolitano nouo quodam iure possideret, acceptū
que Pontificum collegio referret, auri praterea centum uigin-
ti milia persolueret unciarum, quot in eius belli impensas
Pontifex erogauerat. In ea tamen fide non diu perstitit. In
Alemāniā namque profectus, ubi prope diem rediit in Ita-
liam, urbem Vincentiam subito oppressam diripuit incen-
ditque, Henricum quoque filium, quem relegauerat in Apuliā
quod ab eo defecisset, publicitus in carcerem detrusum ne-
cari curauit, multaque ausus in Gregorium Pontificem parū
reuerenter & impie, patrum decreto in die cenæ domini
abstentus, & diris ex formula deuotus est, ipsique eius stipen-
diarij socij sacramento soluti si quid in eum moliri uellent.
Eo nuncio Federicus accepto, quom diem dominicæ resurre-
ctionis apud Patauium festo transigeret, animi acerore dis-
simulato statim ueluti furore percitus in Venetos agmē ra-
puit, quos audiebat cum Pontifice fœdus iniisse contra se.
Sed inde nulla memorabili re gesta, mouit in Etruriam, re-
ceptusque Pisis, execrandis Guelforum, Gibellinorumque sa-
ctionibus initium dedit. Singulas enim ciuitates, oppidaque
circumiens, animos hominum pertentabat, & quos sui stut-
diosos inueniebat, hos Gibellinos, quos aduersarum par-
tium Pontificisque, Guelfos appellauit, utrunque Barbarum
Germanicumque nomē est, & primū Pistorij (ut rumor est)
auditum

Guelfi &
Gibellini.

auditum. Copias in urbem duxit fiducia ciuium, quorū ma-
gna pars a Pontifice dissidebat. ex quo Pontifex in subsidi-
um non parum multos ex his qui crucis insignia gestabant
euocauit. horum si quos in potestatem Federicus redigebat
omnibus in eos exemplis sauebat. Ea spe destitutus in Cam-
paniam secessit, & inde Sannium profectus Beneuento nō
aperto Marte, sed dolo potitur, urbē diripuit ac inflāmauit,
sed in euentus belli, sibi receptaculum, mœnibus munitam
relinquit. Expeditione contra Piconos admodum nō succes-
sa, omnē iram effudit in sacerdotes & omnes initiatos eius re-
gni. Siciliæ templa spoliāuit, & ea maxime quæ curationis
erant Hierosolymitanorum militum, Cassinensisque Cœno-
bij, euocatos insuper ex Aphrica Pœnos & nostræ religio-
nis hostes, in summo apud se habuit honore, magistratus-
que per Italiā Siciliamque gerere uoluit amplissimos, urbem
que Luceriam habitandam dedit, eiectis populariter Christi-
anis. Exemptoque Gregorio Cælestinus quartus in eius lo-
cum subijt, initumque Pontificatum non amplius quam du-
os & uiginti dies obtinuit, exindeque anno uno, mensibusque
nouem, interpontificium fuit, & Apostolica sedes uacauit,
donec adnitente Balduino Constantinopolis imperatore,
Raymundoque comite Tolosano, Sinibaldus eligitur, ex
gente Flisca Ligur, Innocentius deinde quartus appellatus.
Is cum pacis æquas a Federico conditiones impetrare non
posset, nocte urbe excessit, magnisque itineribus ad Cen-
tum cellas & inde Genuam profectus, aduerso tandem Rho-
dano Lugdunum peruenit, ibique coacto concilio Fede-
ricum damnauit, Electoribusque Germaniæ quos appel-
lant, potestatem fecit, ut alium Romanorum regē crearent.

Interpon-
tificium.

Vnde Federicus Guelfam factionem bello persequutus, ipse quoque grauius ab eis agitur, excessitque anno trigesimo secundo, ex quo declaratus est imperator, in genere mortis autores abierunt diuersi. Nam quidam Panormi morbo solutum scribunt, alij apud Ferenzolam quod oppidum est Apuliae a Manfredo eius notho filio elisis faucibus interemptum malunt, cum ab aegritudine iam conualesceret.

Cōradus

Habenas imperij suscepit ex eo natus & Iole Ioannis filia regis Hierosolymorum, Conradus, in cuius absentia Manfredus occupare regnum studuit, per causam quod in locum fratris magistratum gereret, eiusque personam precario sustineret, imperata facere Neapolitani negabant, inde Manfredus in eos bellum sumpsit. Interea Conradus ex Alemania reuersus, oratione Manfredi captus, Neapolitanos apud se maiestatis reos agit, quod Manfredus portas clausisset, eiusdem criminis affines habuit & Campanos, quod una cum Neapolitanis in Manfredum consensissent, obsessam Neapolim fame domuit, octauoque mense ad deditionem compulsa, muros, nonnullasque publicas & priuatas aedes solo aequauit, eadem Capuae poena illata. Cunctis poritus esset omni Sicilia, altero post eius aduentum in Italiam anno, diem clausit, non absque suspitione dati ueneni ab eius medicis, a Manfredi pecunia corruptis. Instituit ex asse haeredem Henrici fratris sui filium Conradinum, eius quem Federicus in carcerem coniectum necauit, ut demonstrauimus, eius nominatim tutores ex Germania dedit, qui Siciliae res impudenter Conradino moderarentur. Eius testamenti tabulas a Manfredi suppressas auit, e medio clam sublati testibus, & ijs qui scribendis interfuerunt, nihilominus ad Conradini fidem

Cōradinus.

dem populos hortatus est. Innocentius interea quartus, qui nouennio iam Lugduni fuerat, in Italiam rediit, & Perusij se continebat. Audita Conradini morte contractis tumultuarie copijs, quibus Neapolitanos quosdam praefecit equites, Neapolim uenit, ibique & a Manfredi Tarenti principe, caeterisque regni proceribus, fere omnibus, honorifice exceptus, ac salutatus est. Interiectisque paucis diebus obiit, anno salutaris ducentesimo quinquagesimo quarto supra millesimum mense Ianuarij, illatusque est in templum Neapolis cathedrale. Manfredus autem cum primum Pontificem morbo sensit implicitum, Tarentum secessit, & inde Luceriam quam Federicus Aphris habitandam dederat, hos Manfredus immisit in Pontificis copias, quae Fogiae nihil hostile suspicantes habebant. itaque a Poenis omnibus spoliati sarcinis, maiori ex parte caesi sunt, ipse Manfredus omnia regni loca, quae Conradini tutorum nomine tenebantur, accepit in potestatem, praesidiisque firmavit. Alexander itaque quartus Innocentij successor Neapoli excessit Ananiam, ibique Manfredum diris execrationibus in publica contione deuouit, ac Octavianum quendam sedis Apostolicae nomine legatum, Neapoli reliquit ad impetus Manfredi continendos. Is quia mœnibus se continebat, ideo pauciores imparatioresque copias habebat, & opera Manfredi atrati quidam ex Germania nuntij uenerant, qui flentes affirmarent ab humanis exemptum Conradinum. Manfredus simulato mœrore, quo mendacio fideret, exequias, ut mortuo Conradino celebrauit, appellarique continuo rex edicto iussit, omnemque regiam gazam, quae iam olim Panormi seruabatur ex arario transferri ad se uoluit, cuius uel plerosque copiarum ductores ecclesiae sibi iunxit,

Manfredus.

auxiliaque misit extorribus Florētinis, & Gibellinis Senen-
sibus, ijꝫꝫ Guelfos apud amnis Arabiaꝫ pontē, cōmisso præ-
lio fusos in fugam uerterūt. Ob eamqꝫ rem fugatis aduerſa-
rum partium ciuibus Florentia Manfredi militibus occupa-
ta est, om̄isqꝫ fere Etruria Manfredo paruit, ipsos quoqꝫ Pi-
centes imperata facere Manfredo compulit, & si Pontifex
Urbanus quartus Alexādrī successor, euocatis ex Gallia mi-
litibus ex eo genere qui crucis insigne gestant, ad cōprimen-
dos illius conatus obnixē studeret, irritis tamen omnibus
auxilijs & Altisiodorensis episcopi, Robertiqꝫ filij comitis
Flandriæ, & Ricardi comitis Vindomensis, ad Carolū con-
fugere coactus est, Ludouici Francorum regis eius nominis
Octaui qui mortuus in cælum relatus est, fratrem, qui comes
Andegauensium, prouinciæqꝫ Narbonensis erat. Eiqꝫ utrius-
qꝫ regni Siciliaꝫ concessio iure mandat, ut incubatorem Man-
fredum ui deturbet, expeditionē parante Carolo de medio
sublatus Urbanus uacuum Clementi sedem reliquit, ei qui
quartus est cognominatus, quem rumor est e Gallia sub ha-
bitu religiosi mendicantis in Italiam uenisse. Huius Pontifi-
catu Carolus e Massilia cum triginta triemiū classe soluens
ingressus ostium Tiberis cum Beatrice coniuge Romanam ue-
nit, auriqꝫ nummū annuis sexaginta milibus Romanæ pa-
ētis ecclesiæ Siciliaꝫ reges appellati, Carolus & uxor apud
Lateranum a Pontifice coronati sunt, terrestribusqꝫ copijs
regni fines ingressi, statim Manfredum oppido sancti Ger-
mani, locisqꝫ finitimis adusqꝫ Beneuentum cedere compule-
runt, ubi commisso prælio tantis animis utrinque pugnaue-
runt, ut ipse Manfredo in acie occubuerit.

LIBRI SECVNDI FINIS.

MICHAELIS RI-

TII NEAPOLITANI, DE REGIBVS NE-
APOLIS ET SICILIAE, LI-
BER TERTIVS.

ITAQVE Carolus quem Neapolitani pri-
mum uocāt, amisso duce facile fugauit ho-
stes, oppidoqꝫ Beneuenti potitus, alia bre-
ui quoqꝫ redegit in potestātē, præter unā
Luceriam, quā tenebant Aphri, ut demon-
strauimus. Cunque frequens rumor esset,
aduentare cum copijs in Italiam Conradinum, quem Man-
fredo falso mortuum iactauerat, icto cum Pœnis ad Luce-
riam scedere, impetratoqꝫ graui tributo, suis legibus & mo-
ribus uti eos permisit, ipse in Etruriam proficiscitur ad resti-
tuendos Guelfos, quos Manfredo eiecerat, occupatoqꝫ Ca-
rolo obsidione Bonitij (castrī nomen id est) Federicus Al-
phonſi Castellæ regis eiꝫ nominis decimi frater, Henrici mo-
tus autoritate alterius eius fratris, qui pulsus ab Alphonſo
in urbe Roma Senator erat, cum classe Pisanorum, condu-
ctoqꝫ Pœno milite traiecit in Siciliam, omnem pene insu-
lam recepit in fidem Conradini Cōstantiæ sororis eius filij,
præter Messanā, Syracusas, & Panormū quæ portas ei clau-
serunt. Eodemqꝫ tempore qui Luceria tenebant Aphri ui-
olato scedere, longe lateqꝫ prouinciam ferro igniqꝫ populati
sunt, & uxor Caroli Beatrix obiit Neapoli, quod ab Etru-
ria Carolū reuocauit ad sua, qui primo quoqꝫ tempore Lu-
ceriā cepit expugnare, & ecce nuncius adesse Conradinum
regniqꝫ

Cōradini
cades.

regniq; fines ingressum affert, unde Carolus agmen aduer-
sus hostem rapere coactus, ad lacum Fucinum prospere pu-
gnauit in campo, quem dicunt Palentinum. Plurimum pro-
fuit ad uictoriā Carolo militaris astus & strategema Alari-
di Neapolitani qui stipendia apud eum faciebat. Itaq; Ca-
rolus anno salutis ducentesimo sexagesimo octauo supra
millesimū, fuis, fugatisq; hostium copijs, Conradinū quo-
q; uiuū redegit in potestātē, qui post acceptā cladē octauo
demū die Neapolim perductus ad Carolū. publico iudicio
rei capitalis dānatus securi percussus est. Ipse Carolus omnia
quæ Federicus eiusque legatus nomine Capitius occupata
præsidijs firmauerāt, paruo negotio recepit, Hyemēq; exa-
cta Romam redijt, oblatamq; a Romanis senatoriā digni-
tatem non respuit, integerrimeq; & splendide administra-
uit. In gratiam deinde Ludouici Francorum regis eius fra-
tris expeditionis aduersus Aphros socius fuit, unde amisso
fratre reuersus ad obsidendam Luceriam intēdit animum.
Insequuto tempore nostræ salutis anno Millesimo ducenti-
tesimo octogesimo primo, Siculi conspirauerunt in Gallos
initium defectionis a Panormitanis est factum, uno eodē
q; die quicquid in Sicilia Gallorum fuit ad internicionē per-
exquisitos etiam cruciatus trucidatum, continuoq; a Carolo
ad Petrum Aragonū regem defecerūt. Et iam Carolus obli-
debat Messanam cū Hispanæ classis aduētū territus, in Ita-
liam se recepit, ipsumq; Petrum ad singulare certamen pro-
uocauit, apud Burdegalam locus ad dimicādum dictus est
ab Angliæ rege utriusq; necessario, qui tunc Burdegalā pro-
ximosq; fines habebat in potestate. Carolus cū uenisset ad
statutum diem Petrū non reperit, sed is postea causatus est
ad condictum

Gallorū
cades.

ad condictum uenisse, Caroloq; nō reperto discessisse. Inte-
rea morante in Gallia Carolo, Carolus eius filius Salerni
princeps indigne ferens a Rogerio Dellora, qui dassis Pe-
tri præfectus, Almiratum Siciliae, Aragonumq; se iactabat,
Neapolis infestari portum, spreta Cardinalis Parmensis le-
gati autoritate, cum Rogerio nauali prælio confligit, amissa
q; nauium parte uiuus in hostium potestatem uenit, atq; in
Siciliam primo, mox inde in Aragoniam deductus est. In-
terim Carolus eius pater ex Gallia Neapolim redijt urbem
trepidam confirmat, ipse cum copijs in Apuliam se confert,
ut contractis undiq; nauibus in Siciliam trañceret, sed inter
apparatum belli subita ui morbi correptus, interiit. Carolus
autem Salerni princeps, is qui custodiebatur Aragoniæ, de
functo patre egit cū Carolo Valesij comite, Philippi cogno-
mento Pulchri regis Franciæ Germano fratre, ut in Italiam
copias mature duceret, Cardinaliq; Parmensi, quem Marti-
nus quartus Pontifex Romanus legatum regni finibus im-
posuerat, quiq; regnum continuerat in fide Caroli subsidio
adesset. Interea Philippo Frācorum, Petroq; Aragonum re-
ge uita functis, Odoardus Angliæ rex utriusq; necessarius
autor pacis Burdegalam uenit, ut res componeret his condi-
tionibus, ut Carolus Salerni princeps, ad quem iure successi-
onis regnum Siciliae pertinebat, e carcere dimitteretur, idq;
effecisset, nisi noua Belli incendia apud Siciliam exarsissent.
Nam cum legatus, Vallesijq; comes, insulā adorti magnas
accepissent dades a Rogerio Dellora qui se gerebat Almira-
tum pro Iacobo secundo genito, Petri, quem superius mor-
tuum demonstrauius, omiſſa mentio pacis est ad annos
duos. Demum per ipsum Angliæ regem durioribus quam
n a principio

Carolus
secundus

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

a principio oblata fuerant conditionibus data pax. Carolus enim Salerni princeps inter cetera curaturum se recepit, ut ipse Iacobus in insula Sicilia rex institueretur. id si triennio non confecisset ultro rediit in custodiã, quæ ut rata forent obsides dedit. Carolus eius filiũ natu maximum cui cognomen tũ Martello fuit, qui per matrẽ Vngariæ regno potitus est ex Maria Stephani quinti filia natus, auoq; materno, eiusq; filio Ladislao quarto defunctis, Andrea tertio, Andrea secundo nepote, qui regnũ ui occuparat, auxilio Ro. Pontificis expulso, Vngariæ se regem constituit, & si nonnulli sentiunt nõ Carolũ Martellũ, sed eius filiũ paterno nomine Carolum, rerũ in Vngaria potitum, obsidem quoq; dedit alterum filium Loysium, qui minorũ dogma professus, Episcopusq; Tolosanus inauguratus, adeo sancte uixit, ut moriens Pontificis, patrumq; decreto consecratus, & inter diuos relatus sit. Rebus ita compositis Carolus eo nomine secundus a Iacobo dimissus, aliquandiu moratus in prouincia Narbonensi, per mediã Italiã Perusium se cõtulit, quo patres & collegiũ Cardinaliũ mortuo Nicolao quarto Pont. conuenerant, ut alterũ sufficerent in eius locũ cũ duobus annis & tribus mensibus interpontificiũ fuisset, & ecclesia sine pastore. Cardinales adhortari nõ destitit, ut aliquẽ tandẽ declararẽt sed eo præsente, nihil ex Caroli sententia gestum, post eius abcessum omnium studia inclinauerũt in Petrum de Murono, qui uitam ducebat Anachoritæ, in finibus Salmonis apud montem Maiellæ, qui Cælestinus tertius appellatus est, & ad Caroli preces Neapolim uenit, ubi tandem inuito & dissuadente Carolo Pontificatu se abdicauit, unde Cardinales in eius locum Benedictum Caietanum ex Anania oriundum

Diu^o Loysius Franciscanus.

Cælestin^o tertius.

DE REGIBVS SICILIAE LIBER III. 50

nia oriundum Neapoli suffecerunt, isque Bonifacius octauus est dictus, habuit Carolus ex Maria unica regis Vngariæ filia, præter eos de quibus ante diximus, melioris sexus Liberos quatuor, & in his Robertum Calabriae ducem qui mortuo patri successit in regno, puellas autem quinque, quarum duxit unam Ludouicus cognomẽto Vtinus Francorum rex, alteram Iacobus Aragoncus Siciliae Rex, tertiam Federicus Iacobi frater Aragoniæ Rex, quartam Marchio Ferrariæ, Nec affinitas Aragonum Carolo fuit impedimento, quo minus spreto fœdere post Iacobi mortem recipiendæ Siciliae consilia agitare, eoque cum copijs Robertum Calabriae ducem, eius filium misit, & Philippum alterum quoque filium Tarenti principem cum paratissima classe, fratrem subsequi iussit, & primo statim aduentu Catina urbe potiti, cum Siculi tumultuario milite classem diripiissent, ut ægre paucae triremes fuga euaserint, Philippusque agmen ad recuperandam Catinam protinus ex uictoria ducentibus occurrisset, inito prælio uictus in potestatem hostium uenit, uinctusque Panormum deductus est. ipse Robertus cum triremibus quæ paucae superfuerant ex aduersa pugna, relicta Catina urbe Neapolim rediit. Interea Federicus qui Iacobo successerat, habito delectu, copias parabat, quas subsidio Siciliae mitteret. Cunque maritima classe instructa, impositisque militibus, Catalonia soluisset, de uictoria Siculorum certior factus in Calabria duxit, eaque Regio breui in eius potestatem redacta est.

Sed Carolus Vallesius Philippi Ludouici Vtini, qui Philippo patri successerat, eius cui

Carolus Vallesius

n 2 Roberti

Roberti sororem nomine Clementem nupsisse demonstra-
uimus. anno salutis Millesimo trecentesimo, cum Bonifacius
octauus Iubilæum indixisset, in urbem uenit, ut patrum
fauores colligeret ad recuperandum Constantinopolis im-
perium, quod eius uxori Catharinæ debebatur, ultimi Bal-
duini Flandrensis unicæ filiæ Constantinopolitani impera-
toris. Cunctis aliquandiu Romæ desedisset, inde Florentiam
profectus, ad componendas Etruriæ seditiones, cum Ponti-
fici a quo missus erat haud quaquam satisfaceret, ex Etruria per
Marfos in Apuliam cum omnibus copijs se contulit, & im-
perata Caroli facere Calabriam coegit, autorque pacis inter
eum Federicumque fuit, ut restitutis hinc inde prælio captis
Federicus in uita Calabria potiretur. exinde Carolus obiit
anno salutis Millesimo trecentesimo octauo Neapoli con-
ditus in æde Diui Dominici.

Robertus itaque Calabriae dux Auinionem profectus ad salu-
lutandum Pont. patrum decreto Rex appellatus, in Italiam
constituto regno reuersus, apud Bononiam Pelaguram car-
dinalem offendit Pont. legatum, qui Ferrariam receperat a
Veneto & Frisco Azonis filio, eamque Roberto pro Ponti-
fici gubernandam dedit. is Decum De la Racta cum cohorte
Aragonensium Ferrariae praefecit. Cunctis Henricus Luxim-
burgus imperator esset electus, oratoresque Florentiam de-
stinasset, Robertus qui Federici formidabat aduentum mul-
ta comminatus ex Bononia Florentiam uenit, ubi aliquan-
diu commoratus, omne per Etruriam Guelfum nomen ad
pristinam cum Florentinis ineundam societatem compulit,
eorumque se caput principemque constituit. Et iam Federicus
ad obsidendam Florentiam pertendebat, neque Florentini
diutius

diutius effugere posse uidebantur quin inopia rerum domi-
ti infenso imperatori deditioem facerent cum praesertim
Robertus auxilia non submitteret, praeter ea quae a Bono-
nia Ferrariaque aduenerant. itaque Florentini Federico portas
aperuerunt, salutem tantum pacti, & ne exules aliquo tem-
pore per quamcumque causam reduceret. Imperator ut in Ro-
bertum iure ageret Pisas accessit, ubi seruato iuris ordine con-
tra Robertum processit, Aretique postea pro tribunali pronuci-
auit Robertum Regno priuandum uideri. Sed hanc eius sen-
tentiam Clemens quintus irritam iudicauit, extatque etiam
nunc Clementina, cuius initium est Pastoralis, sub rubrica
de re iudicata. Nec ita multo post imperator apud Bononiam
uentum diem clausit haustu ueneni, quod rumor est in Eu-
charistia propinatum a quodam fratre predicatorum, a Flo-
rentinis submisso. Mortis eius accepto nuncio Federicus Ara-
gonensis qui uiolato foedere, Regio ui capto, Brutios infesta-
bat, copias in Siciliam reduxit, uerum nec Henrici quidem
morte bella in Etruria cessarunt, sed ab Ugutione Fagiola-
no Gibellinarum factionum duce Philippus Tarenti prin-
ceps, & Petrus Grauinæ comes, qui fratris eorum Roberti
copijs praerant, Guelforumque partes tuebantur, in acie pro-
fligati sunt. unde Ferraria pulso Deco de la racta a Rob-
erti fide defecit ad Estenses anno salutis Millesimo trecentesi-
mo duodeuigesimo. Ex eoque tempore Ferraria concessit in
Estensium ius cum prius in ea Pontificis legati fuissent, & ui-
carij. Tot cladibus impar Robertus Florentinis pacem de-
dit, quorum fidem cum suspectam haberet, agitabat animo
grauiter in eos animaduertere, sed a Ludouico Bauaro Gi-
bellinorum partes excitante, cum Guelfos ex Genua pelle-
re conarentur

Henrici
impato-
ris mors.

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

re conarentur, imparesq; aduersæ factioni Guelfi qui tum
ciuitatem moderabantur, auxiliū Roberti implorassent,
oblata urbis potestate nihil cunctatus Genua Sauonaque
potitus est, anno salutis Millesimo trecentesimo trigesimo,
filium quoq; Carolum petentibus Florentinis dominū de-
dit, ut Castrutij Tyranni Lucensis uim conatusq; reprime-
ret. is deinde Carolus, cum patri subsidio uenisset a Bauaro
timenti bellum, subita ui morbi correptus interiit. non eua-
sit Robertus Ioannis uigesimi secundi cēsoriam notam. nā
quom fœdus iniisset cum Vicecomitibus Estensibus, Gon-
zagis, Carariēsis & Scaligeris aduersus Boemos, quibus
fauebat Pontifex, omnes ab eo diris execrationibus deuoti
sunt. Ioanne uita functo, Iacobus Tolosanus titulo sanctæ
Priscæ Cardinalis in eius locum subrogatus, & Benedictus
duodecimus appellatus est. post quem, Pontificatū gessit
Clemens sextus, anno salutis Millesimo trecentesimo qua-
dragesimo septimo, quo tempore Robertus excessit, super-
stitibus duabus ex Carolo septimo iā defuncto neptibus,
Ex ijs Ioanna natu maior, quæ uiuente Roberto nupsit
Ioanna. Andreas. Andreae Vngaro sobrino suo, successit in regno. uirumque
Andream apud Atellam, quæ nunc urbs Aversa dicitur, su-
spendio tollendum curauit, ac Ludouico Tarentino princi-
pi Philippi filio regis Roberti fratris, iterum nupsit, audito
que Ludouici Andreae fratris aduentu, sceleris conscientia
Ludoui- uiribusque suis diffisi, Ludouicus & Ioanna Narbonā pro-
cus. fugerunt, regni custodia commissa Carolo patrueli suo du-
cis Dyrrachij, comitisque Grauinæ Petri filio. Ludouicus
Vngariæ rex ingressus regni fines, Sulmonenses imperata
facere recusantes, ex itinere domuit, Ducem Dyrrachij ca-
ptum

DE REGIBVS SICILIAE LIBER III.

ptum ultimo affectis supplicio, regnum quo potitus praesidi-
is firmavit. Incrudescente per Italiam peste, tertio demum
mense in Vngariam redijt, nec ita multo post adnitente
Clemente sexto, qui per Guidonem Lemouicensē Ludo-
uici necessarium, Portuensem Cardinalem in Vngariam
Legatum hoc ab eo contendebat, Pax a Ludouico Ioannæ
data his conditionibus est, ut regnum Ioannæ restitueretur
eiusque uir Ludouicus solo Tarentini principatus titulo
contentus esset. Verum Clemens accepto a Ioanna Aue-
nionē, specie uenditionis, maiori parte remissa stipendiū,
quod pro regno Neapolitano debebatur, ipsum Ludoui-
cum regijs ornauit insignibus. Per idem tempus Gregori-
us undecimus ex Auenione Romanam curiam cum reuo-
casset, Cardinalesque Benedictum Neapolitanum Archie-
piscopum Barij Pontificem declarassent, Urbani sexti indi-
to nomine, Cardinales Galli, quibus electio non placue-
rat Ananiam primo per causam uitandī calorē egressi, in-
de Fundos accesserunt, ubi reginæ opibus freti Cardina-
lem Genebensē in Clementem septimum elegerunt.
Hac iniuria permotus Urbanus Vngariæ regem sollicita-
uit, ut eius auxilio bellum contra Ioannem repararet, in-
ductus autoritate Pontificis, Vngariæ Rex Ludouicus, Dy-
rachij ducem Carolum eius filium, quem in priori expedi-
tione ultimo supplicio affecerat, uel ut alij sentiunt, An-
dreae fratris a Ioanna necati filium nomine Carolum, qui
bellum contra Venetos gerebat, in finibus Taruisinis in Io-
annam regnumque mouere iussit. Itaque salutis anno
Millesimo trecentesimo octogesimo primo, Carolus in-
gressus regnum Ioannæ, exercitu uarijs superato prælijs,
ciuium

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

quum deditione Neapoli potitus est, ipsamq; Ioānam cit-
cumfedit in arce noua. Clemens autem septimus Andega-
uensem Ludouicum Ioānis Francorum regis filium, & Ca-
roli quinti fratrem qui Caroli sexti tutor eius ex fratre Ne-
potis adhuc impuberis Gallia res administrabat, euocauit.
isq; posthabitis om̄ibus ad opem ferendam Ioannā uenit
ut eiecto Urbano Pontificatum Clemēti uindicaret. & iam
per annum bellum gesserat, cum Carolus Francorum Rex
Ludouici nepos equitum turmas immisit, qui Aretium in
Etruria occuparūt, arcemq; Guelforum praesidio munitam
obsederunt. Interea Ludouicus Andegauensis obiit, & ipse
Carolus Dyrrachus uniuerso regno potitur, captamq; Re-
ginam cōiecit in carcerem, nec ita multo post elisis faucibus
ibi strangulandam carnifici dedit. Urbanus, om̄esq; patres
ad eum gratulatum uenerunt, ipse Pontifex cum a Carolo
non potuisset impetrare, ut eius nepotem Capuæ Principe
crearet, indignatus, aperte in regem minabundus abiit, tan-
ta utriusq; animorum offensione, ut ex regia discedenti Pō-
tifici Carolus custodes adhiberet, ne quid in eum moliretur
Urbanus iniuria dissimulata, Nuceriam ad aestuādum sibi
patribusq; a rege impetrauit, oppidoq; munito contra Car-
rolum iure agere quaestionemq; habere cepit. Cui cum diē
dixisset, facete respondit Carolus, se non per aduocatu, sed
per se affuturum, copijsq; tumultuarie coactis Nuceriam cō-
tendit, urbeque obsessa, potiturus ea cum Pontifice uideba-
tur, sed Raymundus eius filius Nolæ comes, is qui postea
Tarenti princeps euasit, cum stipendia sub rege faceret Vr-
banum seruauit, nam deductus ad litora Salerno proxima
paratas Ligurum triremes conscendit, & Genuam cum tota
curia

DE REGIBVS SICILIAE LIBER III.

curia petijt. Interea Ludouicus Vngariae rex absque sobole
decessit, ipseq; Carolus a principibus Vngariae per legatos
euocatus ad regnum profectus eo, trucidatus in quodā con-
uentu, quem celebrabat est, Ladislao, Ioānaq; superstibus
impuberibus, quos apud uxorem Margaritam Neapoli re-
liquerat. Per eosdem dies Auinione defuncto Clemente se-
ptimo, Petrus de Luna successus in eius locum Benedictus
tertiusdecimus. Urbanoq; sexto Romae mortuo Bonifacio
us illi nonus subrogatur. Ladislaus itaq; Caroli filius adni-
tente Bonifacio Pont. nono, regis nomen & insignia Caie-
tae adhuc impubes accepit a Cardinale Florentino Pont. ad
eam rem copijs suis omnibus Albricum Cuni comitē pra-
fecit, magnumq; regni Conestabulum creauit in locum Ioā-
nis Galeati, sub quo stipendia merebat Albricus, eosq; re-
gni fines quos Andegauensis Ludouici filius, eius quem mor-
tuum demonstrauimus, studio partium tenebat occupatos
recuperauit. Itaq; toto regno potitus, ab Vngariae principi-
bus populisq; euocatus, Iaderam ab obsidione exemit, alla-
toq; nuncio nōnullos in eum Neapoli coniurasse, uel ut alij
tradunt quod Sigismundus Rex emissus e carcere, sui regni
iura contrectabat. Iaderam Venetis uendidit, ipse Neapo-
lim continuo reuersus, in multos animaduertit, & in primis
in Sanseuerinates, rebusq; regni constitutis in alios exerci-
tum, quem habebat electissimum, duxit. Ex Marsis agroq;
Piceno & Vmbris multa occupauit, obsessaq; Florentia la-
plus in agritudinem, paucis interpositis diebus ex ea Nea-
polim reuersus, occubuit, haerede relicta Ioanna sorore, cui
postea cognomentum secundae fuit.

Qua Cheldriae duce, cui nupta fuerat amisso, certior facta
de morte
Ioanna se-
cunda.

Ladislau-
us.

Sigismū-
dus rex.

de morte fratris & testamento, ad ineundā hereditatē Neapolim rediit. Cuncq̄ cuidam Pandulfello elegantis formæ uiro usq̄ ad infamiam nimis indulgeret, hortatu principū secundo nubere statuit, itaque Iacobum Marchiæ comitem ex familia Burbonum, eius quidem, sed longo stemmate necessarium certis conditionibus sibi iunxit, & in primis ea, ne titulum regis usurparet, aut personam gereret, Tarenti principatu contentus, eiusque uectigalibus, regni administratio libera Ioannæ remaneret. Cæterum regni principes, qui apud exercitum erant cum imperio, & ordines ducebant odio in Pandulfellum Sfortiamq̄ inducti certos homines obuiam Iacobo miserunt cum mandatis, ut regium nomen, animamque afferret, non de futura sibi auxilia. Appulsumque Manfredoniam, quos dixi, nunciū regem salutarunt, excepto Sfortia, in quem Iacobus, siue ea de causa, siue inde sumpta occasione iure egit, eumque coniecit in carcerem arcis Beneuenti, omnesque qui sub eo stipendia faciebant exarmauit, diripiendosq̄ militi suo concessit. Vt uero Neapolim peruenit, summo omnium plausu exceptus ut rex, arce quam Castellum uocant nouum, præsidij, præfectique perfidia potitus, in Pandulfellum capitali supplicio animaduertit. In ipsum quoque Sfortiam omnia parabatur exempla, quæ tamen in alium dilata sunt diem, opera Michæli, Laurentijque Attendulorum. Iacobus exclusa Ioanna, ac Italis omnia cum Gallis administrabat, iniuriam Regina dissimulanter tulit, ut apud uirum fidem, autoritatemque sibi compararet, & egredi ex arce per eum liceret. Voti compos ubi tempus opportunum putauit, communicato consilio cum Octino Caraciolo & Annichino Morinoli remansit in

mansit in urbe, populoq̄ ad arma concitato, subito impetu in Iacobi præsidia, magistratusq̄ facto, Sfortia refracto carcere emittitur. Galli passim trucidati, partim capti, spoliatiq̄, partim excedere ex urbe permitti, nonnulli quoq̄ in custodiam traditi. Ipse Iacobus renouatis conditionibus, quibus aduenerat cum Regina aliquādiu uixit, mox in arcem quæ dicitur Oui, coniectus exeundi potestatem non habebat, Omniaque per Marinū Boffam gerebantur, qui post opera Seriannis Caracioli, qui sequuto tempore Melfhis dux, & senescalus regni fuit, Sfortiæq̄ opibus eiectus est, haud ita multo post cum Seriannes aduersus Sfortiam procederet, ille cum una legione Neapolim ingressus, populum ad libertatem contra Seriannem Christophorumq̄ Caietanū Fundorum Comitem concitauit, sed res multo aliter quæ sperabat euenit. Nam cū uicum Corregiarū, quem nunc appellant coronatam cū copijs occupasset, Regina iussu populus arma corripuit, Sfortiamq̄ nihil tale suspicantem ex improviso adortus, legionem adeo dissipauit, ut ægre Sfortia cum sexcentis equitibus uia Puteolana Acherras se receperit ad eius urbis comitē Regina infensum. Inde hostilia quæq̄ in Neapolitanos moliri cœpit, iactans id ab se nō odio Regina fieri cuius imperata facturū se diceret ut dientē, nō Neapolitanorū, quos sumopere diligeret, sed eorū tantū qui sumæ rerū præessent. Iis comodis adducti Neapolitani Regina frequentes adeunt, & foedus cū Sfortia iacere compellunt his conditionibus, ut incōmoda belli refarcirentur a Regina, litteræq̄ darentur ad principes de fide & integritate Sfortiæ, quæ multis antea literis apud principes insimulauerat. Est etiam cautum ne Seriannes esset in urbe Neapoli, sed in certum

præscriptumque locum relegaretur. Eodem forte tempore Martinus quintus, a Ioanna per legatos contendit, ut Iacobus eius uir e uinculis emitteretur, idque facile impetrauit a Regina, quæ odio flagrabat in Sfortiam ob eiectum Serianem, eamque rem perniciosam Sfortiæ fore intelligebat. Itaque Ioanis Arcolani consilio Sfortia curauit ut Serianes ab exilio reuocaretur, eoque modo cum Regina redit in gratiam. Vnde Iacobus desperatis rebus suis de fuga cogitare cepit, nauemque Ligustica, quæ forte stabat in anchoris, clam confecta Tarentum delatus est. Vbi circumfessus a Ioanna cum laboraret, urbem Io. Antonio Ursino accepta ab eo pecunia tradidit, e uestigioque in Galliam profectus, apud oppidum Bisuntium religioni initiatus, interiecto tempore diem clausit. Nondum Ioanna a Pontifice regia acceperat insignia, quare missis tribus equitum milibus ad eiciendos Tyrannos, qui opes ecclesiæ minuerant, a Martino Pontifice quinto coronata est, negotiumque Sfortiæ datur, ut ecclesiæ res assereret, is in Brachium Montonensem ducto exercitu, commisso prælio superatus est in agro Viterbiensi. Ad nūcium cladis Regina Serianis hortatu cum Brachio fœdus icit, ut exilij iniuriam ulcisceretur, autor enim Sfortia fuerat ut Serianes a Neapoli excederet, ut demonstrauius. Eam rem (ut debuit) indigne Pōtifex tulit nullam habitam sui uel ecclesiæ rationē. Quare Martinus Brachio quibus potuit conditionibus pacem dedit, ipsamque Reginam iudicauit indignam, quæ res ecclesiæ teneret, ac Ludouicum Andegauensem eius nominis tertium Siciliae regem declarauit. Sfortia uero Pontificis ope, collecto nouo milite in regnum redijt, quæque a Ioanna ut copiarum dux signa acceperat ei restituit, bellumque

Brachius

Ludouicus tertius.

bellumque indicit. Quo metu perculsa Alphonsum regem Aragonum adoptauit in filium, qui forte eo tempore soluta a Bonifacio oppido Corsicæ obsidione, Siciliam cum peteret, audita Reginae legatione, Neapolim uenit. adiunxit Alphonso regina Brachium, qui paribus auspicijs, opibusque Sfortiam repellebant. Vnde Sfortia diffidens rebus suis per Brachium Reginam sibi conciliauit. ea pax Alphonso suspecta fuit, animoque reputans, quanta in ea muliere esset inconstantia, sibi putauit arces urbis expositas mari præsidio firmandas, coniectoque Serianne in carcerem Reginam circumfedit in arce Campana, quæ Neapoli sic appellatur. Illa coacta difficultatibus a Sfortia auxilium implorat, qui nihil conctatus subito uenit, Alphonsumque soluere coegit obsidionem, initoque prælio fudit, in fugamque uertit. ipsam reginam ex arce eductam Auerfam perduxit incolumem. Alphonusus interea ex arce noua quo se receperat, saepe cum Neapolitanis eruptione facta, pugnavit, urbeque demum studio partium potitus, aduersæ factionis ædes ad mare uergentes diripuit. ob eamque rem Ioanna Ludouicum Andegauensem qui a Martino Ponti. accitus Romæ substiterat, abdicato Alphonso, adoptauit in filium. Urgebatur itaque Alphonusus hinc a Regina ac Ludouico qui Martini innitebantur opibus, hinc a Sfortia qui rem bellicam administrabat, nec alium militem quam Aragonensem habebat, & unius auxilia Brachij, quem Sfortia apud Lauzanum cum semel acie fudisset, iterumque apud Francauillam dum fugientes Brachianos insequi, Aternumque fluuium, quem Piscariam uulgo uocant, transire contendit, aquarum uortice raptus occubuit, cuius obitu Aragonenses conuersa fortuna uictores euaserunt

euaserunt. isque belli finis extitisset, nisi Philippus Mediolanensium Dux ualidissimā a Genuensibus instrui classem imperasset, qua & reginā Neapolitanis restituit, & reginā maritima omnia loca. Vnde Alphonfus regno excedere coactus parata noua classe Massiliā delatus, ex improviso urbem adortus ui expugnatā diripit atq; incēdit. Post paucos inde menses Alphonfus indigne ferens a Martino Ioannā Ludouicūq; Andegauensem contra se adiutos, antipapam in Panisculo mortuo Benedicto erexit. unde Martinus Alphonsum Anathematis affinem pronunciauit. Eoq; paulo post ab humanis exempto Gabriel Condemariu Patria successit genere Venetus, qui mox Eugenius quartus est appellatus, eiusq; Pontificatu Ioanna diē clausit. Hinc uariarum contentiones orrunt. nā Pontifex episcopum Racanatem, quem Patriarcham creauerat, Alexandriae legatum, Neapolim misit, ut eius regni oppida redigeret in ecclesiae potestatem. Principes autem regni, ciuesq; Neapolitani legatos ad Renatum defuncti Ludouici fratrem mittunt, qui nunciarent illum a Ioanna supremis tabulis haredem scriptum, atq; ad Regni possessionem capessendam inuitent, legato/ rum numero fuerunt Pulcini, Nolae Casertaeq; comites Io. Cicinellus, Octinus, Caraciolus, & Marinus Boffa. ex altera parte Io. Anto. Marazanus Sueffae dux, Christophorusque & Rogerius Caietani, quorum alter Protonotarius, alter magnus erat Camerarius, Comes item Laureti, atque Franciscus Pandonus, is qui postea Venafri comes est appellatus, ad Alphonsum nuncios in Siciliam miserunt cum mandatis, mature Neapolim ueniret sese curaturos, ut omnia conderent in eius potestatem. Iacobus autem Cal-

dola, Peligni Marficq; qui colunt Aprutium, inita societate decernunt, eum se pro rege habituros quemcunq; Pontifex daret, & ab optimis quibusque regni probaretur. Interim Patriarcha cum Neapolitani portas sibi clausissent, aperire uiam ferro statuit. At Alphonfus oblatam recipiendi regni occasionem nequaquam neglexit. Aenariamque delatus insulam, quae nunc Iscla nominatur. inde Sueffam uenit ibique q; maximas potuit copias comparauit, urbemq; Caietam circumfedit auxiliatoribus Antonio Columna Salerni Principe, Christophoro Rogerioq; Caietanis, Franciscos Ursino comite Conuersani, Ludouico Columna, Franciscos Pandoro, & Comite Campibassi, qui coniurauerant in Neapolitanos. Erant forte Caietae complures ex Lyguria Mercatores, qui coemptis rebus quas Genuam importabant, mare ab hostibus tempestatibusq; pacatum expectabant. Cunctq; Alphonfi classe nauium onerariarum undeuiginti, Triremiumq; undecim, & unius biremis, quae pro portu Caietae stabant, eos exitu prohiberent Genuenses simul de periculo suorum solliciti, simul aegre ferentes, in Caietanorum potestatem regnum redigi, Philippo Anglorum Mediolanensium duci, qui Renato regi fauebat, facile parauerunt, ut classem nauium duodecim tectarum, triremium trium, Biremisque unius, obsessis Caietanis, subsidio mitterent. id ubi comperit Alphonfus terrestres copias nauibus imposuit, paucis ad continuandam obsidionem relictis, ipsum quoque Tarenti principem reuocauit ex Capua, quae tunc illi parebat. Cunque ex littore Caietae soluisset ad insulam Pontiam una uelificatione peruenit. Ibi cum noctu stetisset in ancoris, postridie cum luce Genuensium

nuenſium claſſis in conſpectu fuit, initoque nauali prælio
 uictoria ad Lygures inclinauit, captis Aragonenſium pleris
 q̄ nauibus, Alphoſus, eiusq̄ duo fratres multiq̄ regni prin
 cipes, qui claſſem cum eo cōſcenderant, in hoſtium poteſta
 tem uenerunt, inuitisq̄ Genuenſibus ad Philippum Medi
 olani ducem perducuntur. Ad nuncium cladis qui remanſe
 rant in caſtris Alphoſi ad Caietam, omiſſa obſidione in lo
 ca quiſq̄ tutiora domum ſe receperunt. Alphonſus & cum
 eo capti Principes apud Philippū in ſummo habiti hono
 re, pluribus magnificisq̄ donati muneribus in patriam re
 miſſi ſunt. Id eo conſilio a Philippo factum dicunt, ut quos
 tanto ſibi beneficio obſtrinxerat, eos adiutores in occupan
 da quam affectabat Italiae dominatione, ſocios haberet. Ob
 eamq̄ rem Genuenſes a Philippo ſe neglectos rati, quod ſe
 inconſultis Alphonſum liberaſſet, ab eo defeſerunt. Legari
 uero quos ad euocandum Renatum demonſtrauimus, ubi
 illum cuſtodiri a Philippo cognomento Bono apud oppi
 dum Diuionenſe compererunt, Hiſabellam cōiugem cum
 duobus liberis in Italiam Neapolimq̄ mēſe ſeptembri de
 duxerunt, ea cum Caietam ex itinere diuertiffet, urbemq̄ in
 poteſtatem Mediolanenſium ducis eſſe redactam nouiffet,
 mutatis magiſtratibus omnem regni curam per ſe geſſit. Al
 phonſus autem dimiſſus octobri mēſe cum Io. Antonio
 Tarenti principe duceq̄ Sinueſſæ, & Iofia aquauiua maio
 res q̄ unquā antea parauit copias. Per idē tempus Alphon
 ſi frater Petrus infans claſſem, quæ ſuperfuit ex prælio apud
 Siciliam reſectam, ad transferendum fratrem ex portu Lu
 nae, qui nunc Veneris appellatur, deducebat, is cum prædan
 di ſtudio deſcendiſſet ad Caietā, Oppidani qui rerū omniū
 inopi

inopia laborabant, exiſtimantes Alphonſum Ducis Mei
 diolani, Ligurumq̄ uiribus auctum aedeſſe, deditioñe conti
 nuo fecerunt, anteq̄ de Ligurum defeſtione quicquam re
 ſciſſent. Eugenius aperto ſtudio Renati partes amplexus,
 auxilia ſubminiſtrabat, ab eoq̄ miſſus Patriarcha Aquilā
 primo recuperauit, inde pulſo præſidio Franciſci Minicuci
 Aquilani, Ritiq̄ Montifclarenſis, qui ſtipendia ſub Alpho
 ſo faciebant, omniq̄ demum tractu aduſq̄ Saltum Caſſi
 nenſem hac prima expeditione potitus eſt. Eo ſucceſſu ela
 tus in ſequentem annum copias in Alphonſum iterato du
 xit, confeſſionemq̄ timoris intra mœnia Capuae compulſo
 expreſſit. Ipſe Patriarcha pugnae copiā nō faciente Alphon
 ſo, cum Tarenti principe manum conſeruit ad Beneuentū,
 uictumq̄ acie uiuum cœpit, a quo cum omne ius hoſtis ab
 ſtinuiſſet, eumq̄ nimis humane accepiffet, animum Iacobi
 Caldolæ qui graues & profeſſas inimicitias cū Tarenti prin
 cipe exercebat, abalienauit. Itaq̄ Patriarcha deſertus a Cal
 dola qui prius Alphonſum prouocabat, impar eſſe cœpit.
 Alphonſoq̄ premente coactus eſt intra Salerni mœnia ſe
 recipere. ubi com meatu interduſus ab Alphonſo inducias
 petere neceſſe habuit, idq̄ non ægre ab Alphonſo impetra
 uit, qui omni ſtudio ferebatur ad delendum Caldolam, qui
 grauatus Alphonſi uictoriam Patriarchæ ruruſum ſe coniun
 xit, communicatoq̄ conſilio proxima Alphonſi caſtra do
 minici natalis nocte, dolo opprimere ſtatuunt, ſed ſpe fru
 ſtrati non diu perſtiterunt in male ſarta gratia, quare Patri
 archa dimiſſis imperio Laurentij Attenduli copijs, ipſe ue
 tuſtam conſcendit triremem apud oppidum Vigilijs, & pri
 mo Venetias, inde Ferrariā ſe cōtulit ad Eugenium. Per idē
 p tempus

In male
 ſarta gra
 tia nō diu
 perſtiterūt.

Renatus. tempus emissus a carcere ducis Burgundiæ Renatus Ligustica cum classe Neapolim uenit, opibus Attenduli Michaelis & Cardolæ fretus, sed res longe aliter euenit. nã Genuensium naues nulla magna re gesta e uestigio domum redierunt, & Renatus quanquam potitus arce, quam Nouam uocant, unde Catalani maximis assidue cladibus affecerant urbem, tamen Alphonsum prohibere non poterat quominus graui obsidione Neapolim premeret, ut ægre Renatus & sui tolerarent inopiam commeatus, quem Ligurum naues importabant. Interea Pontifex per Florentinum Cardinalem ad eam rem legatum, cum utroque egit, ut æquis conditionibus pacem componerent, qua negata ad annum duntaxat inducias impetrauit, intra quas Iacobus Caldola correptus apoplexia diem clausit extremum, in quo uno magnam fecit iacturam Renatus. Eo nanque mortuo, Alphonso Acheras primum, deinde Auerfam fame domuit, & ui cepit. Ea re commotus Hysabellam Renatus uxorem Neapoli reliquit ad spem simulandam, ipse ad Antonium Caldolam confugit, unicum rerum suarum presidium, quem cum Iacobi morte fluctuantem confirmasset, ab eo Raymundoque, & utroque adnitente, ab Aquilanis, ac cæteris, qui in Aprutio Apuliaque in eius fide persisterant, impetrauit, ut eum pecunia iuuarent. ex qua paruas copias reparauit. Dum hæc ita fiunt, Alphonso adeo Neapolim premebat, ut uacua ciuibus ob inopiam rerum sine externo milite defensari non posset. Eo tempore Renatus oppidum Puteolos loci natura tutum tantummodo tenebat, ad equitum quatuor milia in armis habebat, & in his Antonium Raymundūq; & Traianum Caracium

ciolum Auellini comitem, quæ tanto silentio duxit in Alphonsum, ut prius in conspectum uenerint, quam ille quicquam sentiret. Existimantque nonnulli, si Renatus hostem subito adortus esset eum potuisse deleri, sed ei bene gerendæ occasio amissa est, Antonij Caldolæ conctatione, qui dum dubitat utrum manum confererent, Alphonso locum dedit, ut a periculo sese recipere in tuta, hostique uiam daret. Res adeo Renato suspecta fuit, ut Antonium custodiæ traderet in arce Neapolitana quasi perfidiæ reum. Sed Antonius errorem, imprudentiamque & incertum rerum euentum excusans, pœnam deprecatus, ea facilitate, qua coniectus in uincula, continuo dimissus est. Antonius hac iniuria permotus, ut primum nactus est occasionem, quinto a Neapoli lapide in loco tuto castra communit. Ab Alphonso deinde per legatos impetrat inducias dierum quinquaginta, tutumque per hostilia loca transitum. Renatus ab Antonio desertus, impar adeo deinceps Alphonso fuit, ut ægre Neapolis mœnia tueri posset. Antonius autem, Raymundusque Pontificis stipendio meruerunt. Eo tempore Pontifex in Neapolitanos hac usus esse liberalitate dicitur, ut obsessis tres Ligurum naues onustas frumento miserit, idque pauperibus metiri gratis, ditioribus haud magno precio uenundari curarit. Alphonso igitur urbis expugnatione fame, uel ui prope modum desperata se conuertit ad dolos. Itaque nonnullos ex his qui purgare, reficereque consueuerant aquæ ductus per quos aqua in urbem deducitur, pecunia corrupit, isque ducibus milites per aquæ ductus, intempesta nocte in urbem penetrare iubet. Ii per puteum quendam

publicum qui est in ea quam summā plateam memorāt, scalis admotis fastigium putei superant, albescenq; die portitas urbis adeunt, signūq; dant socijs quos Alphonfus extra urbem locauerat, obrūcatisq; portarū custodibus, claustra portarū restringunt, agmenq; ex Alphonfi castris incromittunt, ad eum nunciū Renatus equo uectus, concitato cursu, in arcē nouā se recepit. Alphonfus itaq; nostræ salutis anno. M. quadringentesimo quadagesimo secundo die secunda Iunij Neapoli potitus, & paulo post arce noua certis conditionibus a Renato tradita, excedente Renato qui partes eius sequuti fuerant, diffisi rebus suis ad Alphonfi clementiā confugerunt, quibusq; potuerunt ab eo conditionibus pacem impetrant. Alphonfus & demens in uictoria fuit, & deinceps, adeo ut eius principatu tranquillissima, pacatissimaq; tempora fuerint.

LIBRI TERTII FINIS.

MICHAELIS RFTII
NEAPOLITANI, DE REGIBVS NEAPOLIS ET SICILIAE, LIBER QVARTVS.



Auxit stipendia.

ALPHONSVS ergo subacto, pacatoque regno, rebusq; ex sententia compositis, immutauit, ac in maius auxit stipendia, nam pro singulis quibusque laribus, & foco septem nummos argēteos imperauit, ex eo genere

genere, quos uulgo Carlenos appellant, cū prius unaquaq; ciuitas, oppidumue pro numero, amplitudineq; & opibus stipendia penderet, per collectas, ut aiunt. Ad hæc ostiatim per singulas domos emere modium, uel ut Neapolitani uocant tumulum salis, unūquemq; patrem familias, in quinque Carlenos compulit. Arcem Neapolis eam quam nouā memorant a fundamentis instaurandam suo ære curauit, opus & substructione & argumento magnificum planeq; regiū. Cum liberis ex iusto matrimonio careret, aliquando cogitauit hæredem scribere Nauarræ principem Ioannis eius fratris filium, qui iure necessitudinis Alphonso successurus erat in cæteris, mutata deinde sententia Ferdinandum, quem suscepit ex Pellice, ducem Calabriae declarauit in spem successionis, cuius res ut ualidius constitueret, Hisabellam de Claro monte ducis Venusini filiam, neptemq; Io. Antonij Tarentini principis ei matrimonio iunxit, sororemq; Ferdinandi, & ipsam quoq; obliqui generis & notham Io. Antonio de Marzano duci Sinuessæ collocauit, urbe principatusq; Roxani uelut in dotem tradito. Eugenio uero quarto Renati rebus studente, legatos ad concilium Basileæ misit, Alphonfus Ludouicum Pontanum clarissimum iureconsultū, & Nicolaum Ponorini Archiepiscopum, iuris pontificij peritissimum, quorum opera concilij suffragio iussus abdicare se pontificatu Eugeniū est. in eiusq; locū substitutus Amadeus Sabaudia dux, is qui se Felicem transnominari uoluit. Sed adnitētibus Florentinis, & alijs Italiae prouinciarumq; ciuibus, Eugeniū eo rem perduxit, ut Felix in ordinem Cardinalium redactus, acceptaque perpetua legatione, summo sacerdotio cesserit, Eugeniū certus unusq; Pont. ab omnibus habitus

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

bus habitus sit. Fama tenuit Eugenium quo sibi concilia-
ret Alphonsum ius ei, Ferdinandoque eius ex Pellice filio pri-
us legitimo, posterisque eorum possidendi regni concessis-
se, indeque factum, ut Franciscus Sfortia ab agro Piceno,
quem opibus Alphonfi occuparat & obtinebat, a Pontifi-
ce expelleretur auxilio (ut quidam sentiunt) Alphonfi.
quod ita recepisset in conditionibus pacis Eugenius, ut ager
Picenus ecclesiae restitueretur. Haud ita multo post Eliono-
ram regis Portugalliae filiam, quam pepererat eius soror, im-
peratoris regi Romanorum nuper appellato, *Federico de*
Austria despōdit, unde Federicus in urbem cum uenisset, ac
impator. ceptis imperij regnique insignibus, inde Neapolim transiit,
ut connubij ius cum uxore usurparet, uel ut uulgo dicunt
matrimonium consumaret. nam Elionora apud Auuncu-
Elionora lum morabatur. Exceptus est ab Alphonso splendidissime,
Maximi- institutis in eius honorem ludis, uenationibus, epulisque
liani ma- nuptialibus, quam maximo potuit apparatu, tanta pom-
ter. pa quantam nulla hominum memoria illa aetate nouerat.
Exinde contra Plumbini regulum suscepto bello Ferdinan-
dum Calabriae ducem cum copijs aduersus eum misit. mox
ipse subsequutus est. Cunque diu circa oppidum natura
atque operibus munitissimum frustra consedisset, infecta
Lucretia re discessit. In senium iam uergebat Alphonsum cum Lucre-
amica Al- tiam de Allanio praestanti forma nec obscuro genere puel-
phonfi. lam deperire coepit, adeoque impotenter ardere, ut aetatis
eiusque fastigij oblitus prope modum uideretur. nam ut
omittam quantopere careris in rebus ei semper indulset, il-
lud certe incredibile uideri potest, quod ab ea legatos ad
Pontificem mitti sustinuit, ut eius nomine peterent, Al-
phonso

DE REGIBVS SICILIAE LIBER IIII. 60

phonso liceret eius uxorem Mariam dimittere per causam
sterilitatis, ut quae nihil unquam liberorum pepererat, &
ipsam Lucretiam matrimonio sibi iungere. nam quod eius
necessarios, & sanguine coniunctos ad summas opes euexe-
rit, ingensque auri pondus intempestiuus hic amor absum-
pserit, in tanta notitia referre superuacaneum foret. Erat
enim liberalis Alphonsum a natura, mitisque, nec alienus a
religione. uerum quoties cum pecunia deficebat, a suis ex-
torqueri per iniuriam non grauate ferebat instituto nouo
magistratu, quem pecuniae praesidem Neapolitani genti-
liter appellant, eique consiliarios adiunxit. Ii neminem re-
uel fama diuitem relinquebant intactum. Alphonsum au-
tem non modo exactam, sed etiam quam magistratus in-
posterum putabat exacturos, temere profundebat, reddendi
iuris adeo studiosus, ut concilium constituerit, quod
omnes appellarent ex toto suo regno, cui praefecit episco-
pum Valentiae, qui postea Nicolao quinto successit, & Cal-
listus est appellatus, cum prius ad uicariae tribunal, aliosque
minores regni iudices confugere cogentur, & inde ius pe-
tere. Aetate ingrauescente febre correptus, anno salutis Mil-
lesimo quadringentesimo duodesagesimo, mense Iu-
nij fato functus est in arce Lucullana, quam uulgo uocant
Oui, cum Neapoli regnasset annis sedecim. Ferdinandus
itaque Calabriae Dux Alphonso patri successit, appellatus.
uero pestis Neapoli sauiret, Capuae procerum, populo-
rumque habere conuentum statuit, ubi coram uel per le-
gatos rex omnium consensu salutatus, eos in sua uerba iu-
rare compulit. Interea Tarenti, Roxanique princeps, alijsq;
praeterea

Conciliū
cōstituit
quod
omnes ap-
pellarent.

Ferdinan-
dus.

præterea nonnulli quibus maxime cōfidebat Alphonsus, ob
 initam secum necessitudinem, Ioannem Lothoringiæ ducē
 Renati filium, de quo superius in Alphonsi rebus facta me-
 tio per literas, & certos homines accersierant, ut paternū de-
 cus acciperet, ac regnū capefferet. Nec ille conctatus, instru-
 cta duodecim triremiū classe delatus ad Lirem prope Sues-
 sam descēdit, ipsasq; naues e uestigio redire domum iussit,
 ut sublata spe fugæ, aut uictoria potiretur, aut honestam
 mortem oppeteret. Eodem ferme tempore Galeatius Pan-
 donus aliquot oppida Venafrani comitis ex eius fratre nati
 uī capta obtinebat, indeq; præsidia deducere iussus a Ferdi-
 nando, fretus opibus principis Roxani facere recusauit im-
 perata. Ferdināus eum bello persequi statuit, idq; initium
 tumultus in regno fuit. Itaque Ioannes aliquandiu Sueffiæ
 quo eum uenisse demonstrauius, ac in proximis eius fini-
 bus commoratus, in Apuliam contendit, ubi multos in suā
 fidem pellexit, cum Ferdinandus in Brutijs esset, & Consen-
 tiam nō dum peruenisset. Vbi primum intellexit hostis ad-
 uentum iter retro conuertit, Neapolimq; magnis itineribus,
 inde profectus in Apuliā, Baroli coronatus est a Cardinale
 Rauennati Pij secūdi legato. Lothoringus Apuliæ multis
 oppidis, atq; ex omni regno receptis, coactōq; nō cōtemnē-
 do exercitu socio Tarenti principe, cæterisq; suarum partiū
 ducibus, Nolam primo, deinde Sarnum uenit, in quo oppi-
 do a Ferdinando Sfortiæque copijs est obsessus. Franciscus
 enim Sfortia quod Hippolytam Mariam eius filiam collo-
 carat Alphonso Ferdinādi nati maximo, copias auxiliares
 ei miserat, idemq; fecerat & Pont. Pius affinitate cum Ferdi-
 nando contracta, nam Picolomineus Antonius ex fratre
 Pij nepos

Pij nepos, ex pellice Ferdinandi filiam duxerat, Amalphiæ
 q; dux ab eo declaratus, ingentia munera consequutus erat
 Urbem Ferdinandus expugnare contendebat. ipse Lotho-
 ringus in aciem prodijt, magnoq; animorum ardore utrin-
 q; pugnatum, donec Aragonensibus in fugam uersis adeo
 laboratū sit, ut ægre Ferdinandus Neapolim se receperit, &
 frequens sit opinio potuisse Aragonēses ea die deleri, si Ta-
 renti princeps uti uictoria permisisset. Lothoringus ex Sar-
 no Stabias accedit, ubi sancti Marci dux, & sancti Seuerini
 comes ex familia Sanseuerinatum per legatos in Lothorin-
 gi uerba iurauerunt, diu tamen in fide non perstiterunt, id
 enim fecisse dicebantur Ferdinandi consilio quo uictorum
 hostium euaderēt impetū. Lothoringus ex Stabijs in Apu-
 liam redijt, interiectoq; tempore Ferdinandus per ocium re-
 parauit exercitum, quem paulo post in expeditionem dedu-
 cit. Aretium oppidum primo obsedit, eoq; tandē expugna-
 to, conuersus in comitem Ceretanum imperata facere com-
 pulit, uictorque Vrsariam usque peruenit, quod in finibus
 Apuliæ est oppidum. Lothoringus in Apuliam irruētī Fer-
 dinando ad Troiam urbem sese obiecit, ubi diutinum bellū
 pertesi, manum cōserere statuunt. Ita q; datis utrinq; signis,
 acri prælio commisso, uictoria penes Ferdinandum fuit, ex
 qua non tantum Troia, sed Apuliæ maiori propemodum
 parte potitus est. Eodēq; tempore agi cceptum de pace cum
 principe Tarentino, rebusq; compositis apud Altammurā
 Tarenti princeps euestigio fato functus est. Inualuitq; opi-
 nio a quodam eius Aulico magnis largitionibus a Ferdinā-
 do corrupto, lacinia lodicis elisis faucibus extinctum fuisse.
 Acut rem paucis expediam Troiana uictoria Ferdinandi
 q res extulit

res extulit. nam Lothoringus per marfos, & Pelignos uelut uulgo dicunt, Aprutinos, Sinuessam regressus, ibi paululū cōmoratus, Aenariam uel in Isclam traiecit insulam, indeq; in Narbonensem prouinciam se recepit ad patrem. Ferdinandus autem conuersus ad expugnandum, qui pertinaciter in Lothoringi fide perstabant, rem celeriter confecit, eorumq; nonnullos extorres egit, plerosq; coniecit in carcerem, & in ijs Roxani principem, Iacobumq; Picinium, quos æquis cōditionibus & spe promissorum pellexerat ad deditionem, mox incautos oppressit, uterq; in uinculis effudit animam. Pacato iā regno nuptias Alphōsi filij atq; Hippolytæ Sfortiæ celebrauit, Elionoram filiā Herculi Estensi Ferrariæ duci, Beatricem Matthiæ Pannoniæ uel Vngariæ regi collocauit. Liberi præterea Ferdinando fuerunt, Alphonsus natus maximus, Federicus, Ioannesque, & Franciscus ex iusto matrimonio, quorum Federicum Scyllacj principem primo declarauit, mox Altæmuræ. nam Federicus ex Gallia Neapolim regressus, amissa quam ibi duxerat uxore Sabaudicæ ducis filia, ex qua Puellam tantum susceperat, desperato re, ditu Neapoli substitit, ac ne esset inglorius a patre Scyllacj donatus est, & alijs præterea multis. Cunque plerique omnes regni principes a Ferdinando defecissent, ut res fida pace componeretur Tarenti principes a patre creatus est, uxoremque duxit Hisabellam principis Altæmuræ filiam, eius quem Ferdinandus in uincula coniecerat, itaq; Federicus Altæmuræ Princeps in locum soceri constitutus est. Ioannem uero rebus diuinis initiatum, patrum collegio cōoptandum curauit, Cardinalemque declarari, Franciscum quoq; ex Vngaria reuersum, ubi apud sororem aliquandiu fuerat

fuerat Sancti angeli ducem fecit ad montem Garganum, sed Ioanni Franciscoq; & Elionoræ superstes ipse pater fuit. Alphonsus autem natus maximus ex Hippolyta, Ferdinandum, Petrumque, & Hisabellam suscepit, ex his Petrus maturæ decessit, auo, patreque superstitibus, Hisabella, Ioanni Galeatio, Galeati Mediolanensium ducis filio, qui mortuo patre, sub Ludouici patruj tutela rem administrabat, in matrimonium data. Habuit & alteram Ferdinandus uxorem Ioannam, Ioannis Aragonum regis filiam, sobrinam suam, ex qua unicum filium sustulit. In urbem Ferdinandus ad Sixtum quartum Ponti. Maxi. uenit, indeque regressus statim cum Florentinis in Etruria bellum exarsit, nam cum Sixtus sancti Georgij Cardinalem adhuc adolescentem cum Pisano Archiepiscopo Florentiam misisset, inita cum plerisque Florentinis in necem Laurentij Medicis, eiusque fratris Iuliani coniuratione, qui Florentiæ res ex libidine moderabantur, ut eius urbis dominatum Hieronymus Cardinalis frater, quem multi Sixti filium suspicabantur, occuparet. Cunque statuta die Franciscus Saluiata Pisanus Archiepiscopus de ritu Christianæ religionis ad altare rem diuinam faceret, ij qui coniurauerant arma corripuiunt, ipsumq; Iulianum, quem fors obtulit obtruncant. Laurentius accepto graui uulnere, fuga salutem quæsiuit. eam rem Florentinus populus indigne tulit. Itaque quoscunque facinoris affines comperit, ultimo supplicio affecit, & in ijs Archiepiscopum Pisanum carnifici tradiderunt. elisq; faucibus ex alta fenestra suspēdio strangulatus est, per causam, quod lorica tectus, solennia celebrasset. Ex ea re Laurentio maior accessit autoritas apud suos. Sixtus eam

nactus occasionē, quod in Pōtificates inauguratosq; sacerdotēs animaduertissent, ipsumq; Cardinale diui Georgij custodirent, ecclesiaeq; censuram contemnerent, bellum Florentinis indixit, auxilio Ferdinādi fretus. is autem Alphonsum Calabriae ducem, eiusq; liberum natu maximum cum copiis in Etruriam misit. ibi cum bellum prospere gessisset, oppidaq; Florentinorum nonnulla uenissent in eius potestatem Laurentius diffusus opibus suis per Diomedem Carrafam, qui plurimum gratia apud Ferdinādum ualebat a Rege pacem impetrat, ad quam firmandā Laurentius Italiaeq; principum Legati Neapolim conuenerunt. Ea pax alijs quā Sixtus uoluisset data conditionibus, in regis odium pontificē accendit, adeo ut aperte bellum minaretur, ut Ferdinandus dicere solebat. inde ad euertendos eius conatus, in eum copias emittere coactus sit. Alphonsusq; Ferdinandi filius ante aliquot oppida ecclesiae occuparit, quam Sixtus exercitū contrahere potuerit. Sed Alphonsus cum non longe ab urbe Roma castra haberet, a Roberto Aliminēsi principe ecclesiae duce, Venetorumq; auxilijs fusus, fugatusq; est. in quo praelio pleriq; ex nobilitate regni capti sūt, sed eos benigne acceptos, paulo post incolumes dimisit. Cūq; Alphonsus Senensem rempubli. quam sui studiosissimā bello Florentino cognouerit occupare niteretur, quibus artibus, quorumue consilio, proditioneq; nondum constat, Maumetus Turcarum rex Idruntum in ora Apuliae oppidum, per clasarios inuadit expugnatq;, omnibusq; oppidanis ad unū trucidatis, suo praesidio firmavit. Vnde tam crebras, longinquasq; excursiones eius equites faciebant, ut necesse Ferdinando fuerit, Alphonsum filiū ad cōpescendos Turcarū impetus.

Maumetus.

pētus ex Etruria primo quoq; tempore reuocare. Itaq; Senesi reipublicae sua libertas mansit. Alphonsus terra maricq; obfesso Idrunto Sixti, nonnullorumq; praeterea principum opibus adiut⁹, Turcas ad deditiōē compulit, audita Mauretī morte, desperatoq; subsidio perterritos, triumphauitq; Neapoli de hostibus non aperto Marte uictis, sed qui certis conditionibus eius fidei se comiserant, insequuto tempore, cum Veneti bellum suscepissent in ducem Ferrariā Ferdinandi generum, Sixtus eorum sprete amicitia cum Ferdinādo, & Ludouico Sfortia, qui pro fratris filio Mediolanēsi⁹ imperabat, foedus iniit ad tuendum Ferrariā ducē. Alphon⁹ Alphon⁹ sus itaq; omnium sociorum cōsensu summā rei bellicae praesectus est. Eum ut ab incepto Veneti reuocarent, classe in sinum Tarentinum missa, Gallipolim, Neritonq;, maritimas urbes, aliaq; complura intus oppida occuparunt. in quos industria Francisci Copulae celeriter instructas naues Ferdināsus misit, sed inter eos nauale praelium comitti non potuit. Etenim Ludouicus Sfortia cum Veneti maioribus in diebus uiribus premerentur, a societate belli desciuit, autorq; ceteris fuit, ut idem facerēt. unde rebus utrinq; compositis, quas urbes in regno Veneti tenebāt euestigio restituerūt. Interea mortuo Sixto Io. Baptista Cibo Ligur, Melphectae Cardinalis in eius locum suffectus, Innocētius Octauus appellatus est. Alphonsus ubi primum a bello Ferrariēsi Neapolim redijt, in eos aperte minatus est, qui hostili in se fuissent animo. Subditos permissu patris nouis uectigalibus sollicitare, quosdam non obscuro loco natos in uinculis habere, quorundam bona indicta causa publicare coepit. unde Frānciscus Copula, quem Ferdinandus Sarni comitem declarauerat,

MICHAELIS RITHI NEAPOLITANI

uerat, Antonellusque de Petruccijs, qui Policastrum Lucaniae
 Calesque Aufonum primo oppidum Romanam deinde co-
 loniam comitis, & ipse titulo tenebat, ueriti ne quid in se gra-
 uius moliretur Alphonfus, Antonellum, Hieronymumque
 Sanseuerinates, alterum Salerni, alterum Bisiniani princi-
 pem, Pyarumque de Baultio, qui princeps erat Altramuræ,
 Petrum quoque de Guuata, Andreamque, Matthæum
 Aquauiuam, Betuntorum, illum uasti Aimonis Marchio-
 nem sollicitarunt, ut secum coniurarent in Ferdinandum,
 quo ut alicuius autoritate fulcirent, Innocentium Pontifi-
 cem sibi adiunxerunt. itaque foedus inter se percusserunt
 apud Melphim in nuptijs Troiani Caraocili filij ducis Mel-
 phis, in initumque consilium, statutumque tempus rei perfici-
 endæ. Sanseuerinatibus hærebant Miletæ, Lauriæque comi-
 tes, Altramuræ principi, Neritonis dux, eius frater ipsiusque
 ducis plerique filij. Cunque bello necessaria in suis quisque
 nibus parauissent, in metum adductus Ferdinandus, mit-
 tendis legationibus eos ad sanitatem reuocare tentauit, id
 circo cum Alphonfus cum exercitu occurrisset Roberto San-
 seuerinati, qui coniuratis auxilio ueniebat, ad eos Fede-
 ricum filium misit. apud Milionicum in conuentu coniu-
 ratorum de pace agi coeptum, in primisque a Ferdinando
 petitum, ut eius autoritate liceret quædam regni statuta in
 communem omnium utilitatem reformare, eiusque pacis
 custodem Federicum designauerunt, adiecta conditione,
 ut eum pater Tarenti Principem constitueret, eamque
 rem Ferdinandus non aigre concessit. Sed illi quidem dictis
 non steterunt, nam cum rursus apud Salernum conuenis-
 sent, Copulaque, & Antonellus ultra bellum prosequendū
 negarent

DE REGIBVS SICILIAE LIBER III. 64

negarent, Antonellus Salerni Princeps anno salutis Millefi-
 mo quadringentesimo octogesimo sexto Federicum, qui
 per id tempus apud eos erat, custodiae tradidit, & Anto-
 nellum de Petruccijs. At illi paucis post diebus ope cuius-
 dam militis ipsius Antonelli Principis aufugerunt, qua die
 Federicus ab Antonello captus est. Innocentij Romani
 Pontificis uexilla sustulerunt, passimque toto pene regno,
 uno tempore bellum exarsit. nam Ioannes de rure præfe-
 ctus urbis, admota modica Pontifici manu Beneuen-
 tum, Samnitesque uexabat, Salerni Princeps Lucanus,
 Altramuræ Princeps, & Marchio Bituntorum Apulos, Mar-
 chio Vasti Marfos, Princeps Bisiniani Brutios, ipse uero
 dux Melphis, & si belli consilia cum ijs communicabat, ut
 quidam sentiunt, aperto tamen studio neutri parti faue-
 bat. Inter hos tumultus Alphonfus Insubrium, Florentino-
 rumque confirmatus auxilijs, non modo Robertum San-
 seuerinatem regni finibus arcuit, sed etiam Romani iuris
 oppida populabatur. qua de re necesse fuit Innocentio Fer-
 dinando pacem dare, quæ conditionibus his Augusti men-
 se pacta est, ut per eum liceret Alphonso Robertum San-
 seuerinatem ab ecclesiæ ditione reuocare. Facta potestate
 Alphonfus Robertum coniecit in fugam, continuoque
 reductis in regnum copijs coniuratos ad deditionem com-
 pulsit. Itaque pacato regno Ferdinandus coniuratos omnes
 in carcerem coniecit, anno salutis octogesimo septimo su-
 pra millesimum quadringentesimum, quarto Iulij, præter
 Antonellum Salerni Principem, qui priusquam in conspe-
 ctum regis ueniret, ab eundi potestatem ab eo impetrauerat,
 quartoque demum mense ex quo comprehendit, omnes ad
 unum

unum silentio noctis carnifici tradidit ad supplicium, uiolato iureiurando pacisq; conditionibus, inter quos etiam Io. Antonius Marzanus, quē triginta quatuor annos in uiculis habuerat, interemptus est. Animaduenterat ante iam Ferdināndus in Franciscum de Petrucijs Antonelli filium, quē comitem Calenum uocabant, eiusq; fratrem Io. Antonium Policastro comitem, neq; simplici morte contentus, in frustra fecidissime secari iussit. Antonellumq; eorum patrem, ipsumq; Franciscum Copulam in propugnaculis arcis Nouae securi percussit, eorumq; bona confiscauit. Ex omnibus, principis Bisiniani filios sedulitas materna seruauit. eius enim in dustria noctu clam cōscensa nauicula in fines Columnēsiū iuris in agrum Romanū se receperūt. Ii cū Salerni principe, de quo dictū toties est, aliquādiu in Italia cōmorati per Alemanniā se cōtulerunt in Galliā. Ludouicus interim Sfortia q; diu Mediolanēsiū gubernator, creari & euadere dux affectabat, Alphōsiq; uerebatur opes, qui oppressa cōiuratione, uictoriaq; elat⁹ aperte denūciabat in Ludouicū copias ducturum, nī Ioanni Galeazio eius genero debitam principatus administrationem restitueret, Carolum Francorum regem eius nominis octauum in Italiam multis largitionibus, atq; promissorum spe euocauit, ut regnum Neapolis ex Andegauenſium ſucceſſione ſibi debitū repeteret. In ipſo belli apparatus Ferdināndus obiit anno trigeſimo ſeptimo, ſui principatus, Alphoſus Calabriae dux omnium fauſtis acclamationibus eo die quo pater naturae conſeſſit appellatus, exequijs, & pompa funeris adeo magnifice celebratis, ut neminem antea regum Neapolis tanto apparatu elatum fuiſſe conſtet, diem quo regni nobilitas populorumque legati Neapolim

Alphon/
sus.

Neapolim conuenirent, ut in eius uerba de more iurati de communibus commodis agerent, edixit. his rebus peractis in maximo Neapolis tēplo a Cardinali mōtis regalis Alexandri ſexti Pontificis legato coronatus eſt, maiori pompa q̄ alius unquam Neapolitanus rex. Vbi uero Carolum aduentasse Romam cognouit, facinorum conſcientia perturbatus, quod a morte patris comitem Caputaquēſem, comitemq; Compa, multosq; praeterea non obscuro loco natos in carcerem cōieciſſet, ultro ſe regia potestate abdicauit, Ferdināndumq; filium pro ſe regnare iuſſit. Ipſe cum ſeceſſiſſet in arcem quam dicūt Oui, paucis exinde diebus in Siciliam traiecit. ubi non ita multo poſt euita deceſſit, cum uix integrum regnaſſet annum. Ferdināndus autem, cui uiuens Alphonſus regno ceſſerat a Carolo Francorum rege, duobus fere menſibus exactus eſt. Sed de Carolo, Ferdinandiq; ſucceſſibus alibi copioſius expoſuim⁹. Ipſe uero Carolus Neapoli non diu regnauit, etenim Neapolitani in Galliam profecto iam Carolo, redeunti Ferdinando portas aperuerunt. Iſq; poſt multa, uariaq; certamina, cum Gallos in oppidum Lucani Atellam compulſos duce Mōtiſpenſerij domino fame domitos, in fidem recepisset, abeundi potestate facta, regnū pacauit, uxoreq; ducta Ferdinandi ſororis eius aui filia ex ſecunda coniuge regis Caſtellae ſorore, nō ita multo poſt abſq; ſobole Neapoli diē clauſit, quum duodeuiginti menſibus regnaſſet. Itaq; Neapolitani Federicū Ferdinādi patruū ab obſidiōe Caietae redeūtē, in regnū admiferūt. Is Gallorū reliqas, ſi q̄ adhuc in regno ſubſtiterāt impata facere cōpulit.

Ferdinan
dus.

Carolus.

Attella.

Federic⁹.

LIBRI QVARTI DE REGIBVS NEAPOLIS
ET SICILIAE FINIS.

Michaelis

MICHAELIS RI-
TII NEAPOLITANI, DE REGIBVS VN-
GARIAE, LIBER PRIMVS.



Hunni
Vngri.

Cumania
hodie
Madouia

Longo-
bardi.

Dietrich
von Bern

VALENS in urbe rerum potieba-
tur, & Damasus erat Pontifex
eius nominis primus, uel ut alij
sentiunt Flauij Iustini principa-
tu, qui Iustiniano successit, an-
no salutis trecentesimo septua-
gesimo tertio, Scythia ges Hun-
ni, quos aliqui uocant Vngros
assumptis Cheme, Chadichia-
q; Germanis, & Bela ducibus, relictis patrijs sedibus, ad ar-
matorum decies cetum & octoginta milia, cum liberis, uxo-
ribusque, & supellectili iumentisque & omni pecore, supera-
ta Maotide, quo primum delati sunt, Gothorum fines oc-
cuparunt. deinde Bessos, Sudalos, & utramq; Cumaniam,
scilicet albam, nigramque qua Madouia nunc appellatur,
& Rutenos in ditionem redegerunt, traiectoq; Tanai, iuxta
Pannoniam castra posuerunt, ad ripas amnis Titij. Tene-
bant eo tempore Pannoniam Longobardi, cum capti fa-
cie, locorumq; ubertate Hunni eam sibi perpetuam sedem
designant. Ea re comperta Macrinus, qui Pannonia, Dal-
matia, Thraciaque, & Macedonia praeerat, is cum per lit-
teras ab imperatore petisset auxilia, Dietrich Veronensis,
qui Germaniam unde oriundus erat, obtinebat, belli socius
ei datus est. Et iam conuenerant ad Potentiam secundum
fluminis

fluminis Danubij ripam, ciuitatem, deque ratione belli con-
sultando multos absumpsere dies, ab hoste nihil metuen-
tes, interiecto Danubio, qui non facile transitum dabat. In-
terim distentis utribus & spiritu plenis Hunni Danubium
constrauerant, iniecta que materia ueluti per pontem traie-
cerant in alteram ripam, ac Romanos inopinantes adori-
untur, eorumque multos subita re percussos interemerunt.
Dietrichus autem Macrinusque collectis ex fuga qua super-
erant copijs hosti se opponunt, consertaque manu dubio
Marte utrinque acerrime pugnatum est, usq; ad uesperam,
cum Romani Barbaros in fugam uertunt, iterumq; Danu-
bium traicere qua prius arte compulerunt, amissis uno ex
ducibus Cheme, centumque uiginti quinque milibus in acie
desyderatis. Nec incrueta Romanis ea uictoria fuit. Nam
ducenta decemque milia suorum amiserunt. Postridie Ro-
manus exercitus Tulnam uersus iter fecit. Ea re comperta
Hunni traiecto Histro castra posuerunt unde Romani di-
scesserant, commilitonum pridiae caesorum cadauera more
Scythicorum tumulauerunt in uia militari, locusque ex re
Cheueoza dictus, hodieque mutatis syllabis Cheazo no-
minatur. His rebus Hunni confectis aduersus hostes per-
gunt, instauratoque praelio fundunt, caeduntque in campo
Chesmaurilis, tantisque utrinq; animis concursum, ut Ma-
crinus unus ex ducibus Romanis, Bela, Chemes, & Cadi-
chia ceciderint Hunnorum duces. Hunni tamen ex hac
uictoria tota Pannonia potiti sunt. Anno salutis itaque
quadringsesimo primo, post eorumque in Pannoniam
aduentum duodetricesimo, Hunnorum omnium con-
sensu, Rex Atthila creatus est, quem Hunni gentiliter Atthila:
Ethele

Cheueo/
za.

Atthila:

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

Ethele uocant. Is Hunnorū primus in Pannonia Rex, acris ingenij uir, rei militaris peritissimus, ingentis animi, corpore robustus, in hoste fallendo callidus, habitu, cæterisque domi, forisque splēdidus, insigne gestabat asturem ex accipitrū genere coronatum. Decies centena armatorum millia præter gregarios sub eo meruisse traditur. In epistolis, diplomatisque ita se inscribebat,

Al's Ben ATTHILA FILIVS BENDEV CVM NEPOS MAGNI
detruc. NEMBROTH, NVTRITVS IN ENGADI. DEI GRATIA REX HVNNORVM, MEDORVM, GOTHORVM, DACHORVM, METVS ORBIS, ET FLAGEL

Buda. LV M DEI. Fuit Atthilæ frater nomine Buda, cui regni portionem concessit quicquid ab amne Titio ad Tanaim usque interiacet, exercituque ducto, Mesiam, Achaiamque, & Macedoniam, ac utranque Thraciam redegit in potestate. Motus ea re Gepidarum rex Ardaricus, Marcomanni, Sueuique, Sginadi, Eruli que & Turingi ultro in Atthilæ ditionem uenerunt. Exinde Germaniæ fines ingressus, Atthilas obuiū habuit Sigismundum Cōstantiæ Principem, cum ualida Germanorum manu, quem tamen ad Basileam prælio uictum fugauit, expugnataque Argentina, muros urbis diruit, ac solo æquauit, ut inde Strasburg appellata sit. Excissæ per idem tempus Auxona, Bisontum, Cabilo, Lingonēsis, & Lugdunum sunt ab Atthila, qui profectus Aurelios urbem circumfedit, & si tertiam copiarum partem miserat aduersus Sollandanum Miromanum, qui Bethicæ fines atrectabat. Ethius interea patricius in Atthilam comparauerat ingētes copias, in eiusque belli societatem Theodericum Gothorum regem pellexerat, Atthilæ frustrato consilio, qui Theodericū sollicitabat,

Sigismundus Cōstantiæ princeps. Argentina diruta. Strasburg.

Ethius.

DE REGIBVS VNGARIAE LIBER I. 67

citabat, omni que studio conabatur ad se traducere. Vnde coactus Atthila ab Aurelijs abduxit exercitum in campū Cathalonicum, qui Campania nunc appellatur, in quo Cathalonensis urbs est. Eodem duxit agmen Ethius, qui præter legiones Romanas auxilia Cathorum, regisque Theoderici, Merouæum tertium Gallorum regē, Saxones, Sarmatasque, & Britones, aliosque præterea multos in castris habuit. Atthila primo missitandis ultro citroque legationibus specie perrendæ pacis & induciarum rem differre tentabat, quo ad reliquam exercitus partem a Bethica reuocaret. Eius consilium non sefellit Ethium, qui absissa pacis spe, prælio decernere properabat, antequam omnes Atthilæ copiae conuenirēt, & primo leuibus usi certaminibus, ira demum gliscente, cum non possent animi militum contineri, necesse fuit Atthilæ præter animi sententiam iniquo suo tempore manum conferere. Quod unum licuit auguriorum fidem secutus certamen adserum diei distulit, eo quoque consilio ut si uictoria penes hostem fuisset, noctis interuentu, fugæ daretur occasio. Collatis itaque signis, diu æquo Marte pugnatur, donec Atthilæ cessit exercitus. Occubuerunt in eo prælio Merouæus Gallorum rex, & Theodericus Gothorum. Publica opinio est ad hominū centum octoginta milia utrinque cecidisse. Theorismundus autem Theoderici filius audita morte patris ad intericionem persequi Atthilam iurauit. Quod ubi comperit Atthilas ephippiorum, sellarumue struem componi iussit, imperauitque suis, ut si quando conscenderet eum rogam, faciem subderent. mallebat enim suorum manu perire, quam uiuus in hostium potestatem uenire. Sed Ethius ueritus ne Theorismundus, Atthila deleto deficeret ab amicitia Romanorum,

Campania.

Merouæi cades.

Theorismundus.

Treca. manorum, suavit ut antequam Theorismundus in Atthilam grassaretur, regni res constitueret, in quo fratris cupiditatem non iniuria deberet habere suspectam, quae res effectit ut Atthila reparatis uiribus Gallos adoriretur, urbemque Treucarum uicinitate in Campania, intra quam ductus est a diuo Lupo episcopo. mouebatur enim Lupus Atthilae titulo, quod flagellum dei se diceret. inde reuersus ad urbem Remorum, uastata prius omni regione expugnauit ac diripuit, ab eoque Remorum Pontifex Nicasius, ac eius soror Eutropia sanctitate uitae maximi crudeliter interempti martyrum, Diuorumque numerum auxerunt. Sunt qui tradant Ursulam regis Britanniae filiam cum uirginum undecim milibus dum secundo Rheno ueheretur, in Atthilae milites incidisse, cum forte Agrippinam urbem quae Colonia nunc dicitur obsiderent, ab eisque trucidatas omnes, ideoque relatas in caelum. Subegit insuper Atthila totam fere Galliam, Lothoringiamque, mox in Pannoniam redijt, eiusque fratrem Budam sua manu iugulauit per causam, quod is in se nouas res molitus esset, armisque depositis apud Sicambriam, quam Budam uocant, quinquennio quieuit. Inde mouens per Stiriam, Dalmatiamque populabundus Salonas, Spalatum, Iaderamque & Sibinicum, caeterasque maris Adriatici uastauit urbes, Aquileiam per tres, obsedit annos donec edixit ut equitum suorum quisque ex quatuor ephippis ligneis fellis unam coniceret in fossam, congestoque ingenti aceruo immitti ignem iussit, eoque incendio labefactatis, corruptisque iam moenibus, augurioque Ciconiae confirmatus, undique inuadit urbem. Acriter aliquandiu ad moenia pugnatum. Sed cum Hunni fessis integri succederent, oppidanique nullam

nullam alicunde sperarent opem, capta urbs est, atque in omnem sexum aetatemque sauitum, praeterquam si qua praestantia formae puella, uictoris libidini seruabatur. Id cum matrona quaedam honesto loco nata, pulcherrimaque audisset, ex aedium fastigio in uortices subiecti amnis se praecipitauit, ne a turpissimo hoste uim pateretur. Excidium Aquileiae urbi Venetiarum dedit originem, scribunt enim Venetiarum origo. quidam, ciues Aquileiae, proximarumque urbium plerisque dum belli pericula timerent, cum omni familia ac suppellectili ad Riuum altum traiecisse, securos Hunnorum, quippe quos usu nauigiorum carere probe scirent. Euerfa Aquileia Patauium, Veronam, Vicentiam, & Brixiam, Cremonam, Bergomum, Mantuamque, & Ferrariam, totam denique Aemiliam usque ad Rauennam Hunni imperata facere coegerunt. Rauennates Atthilae portas aperuerunt, suasu Ioannis eorum Pontificis. Atthilas ab omni iniuria temperauit, nisi quod urbis portas deiici, certamque moenium partem dirui iussit, qua ingredi, egredique posset. inde Mediolanum profectus occisis ad internitionem ciuibus, urbem deripuit, ac solo aequauit. Aequa Ticinum no dades illata, quod oppidum mutato priore nomine, Papiam uocant. Positis castris inter confluentes qua Minotius influit in Padum, agitare secum coepit an Romanum agmen raperet. Ardebat enim inexpiabili in Romanos odio, sed Alarici Gothorum regis exemplo terrebaratur, qui non ita multo post urbem uastatam diem clausit. Interea Pontifex maximus uictus assiduis Romanorum precibus ad Atthilam ex urbe uenit, quem Rex obuiam progressus humanissime excepit, omniaque Pontifici quaecunque petijt

petijt ultro concessit, itaq; Pontifex in urbem redijt. Atthila
 Rauennam. Expressisq; a Ioanne Pontifice sexaginta mar-
 chis auri in eum, omnesq; Arrianæ sectæ capitali supplicio
 animaduerrit. Itaq; Italica præda, opimisq; spolijs onustus,
 in Pannoniam se recepit, uxoremq; superduxit regis Bactria-
 norum nomine Milzolph, & si plures alias habebat in mari-
 monio. Cuncq; nuptiales epulas apparatussime celebrasset, li-
 berius solito crapulatus, in cubiculum se recepit, erumpente
 q; e naribus sanguine in os dormientis extinctus est, anno
 ætatis centesimo uigesimo quarto, regni sui quadragesimo
 quarto. Ex pluribus Atthilæ iam defuncti filijs inter se de re-
 gni successione duo certauerunt, alter nomine Chaba, quem
 suscepit ex Honorij filia Constantinopolis imperatoris, al-
 ter Aladarius ex matre ducis Saxonie filia. Detricus Vero
 nensis inter primos Atthilæ præfectos, ac pleriq; omnes Ger-
 manie Principes Aladario fauebât, Hunni Chabam regem
 salutauerant. Vterq; apud suos aliquandiu regnauit, donec
 magnis undiq; comparatis copijs, in Sicambriæ finib; acri
 prælio cæsis externis militibus, Hunni inter se pugnauerunt
 ad dies fere quindecim cum maxima sua clade. Chaba, quã
 uis Aladarius in acie ceciderat, ipseq; uictor initio uideba-
 tur, impar hostium uiribus cum sexaginta fratribus & Hun-
 nis uiginti quinq; reliquis ad Honorium cõfugit, apud quẽ
 moratus annis tresdecim, neglecta imperij parte, quam ma-
 ternus auus Honorius ei pollicebatur, ad antiquos maiorũ
 suorũ lares in Scythiã redijt, ubi Bendetruc aui paterni con-
 iugio duxit uxorem ex Corosmouorũ familia, duosq; susce-
 pit liberos, Edemen & Ed, nec ita multo post excessit e uita.
 Pannoniæ non magna manus Hunnorum substitit, hodie
 q; causa

Atthilæ
 mors.
 Chaba.

Aladari^o.

q; causa discriminis appellantur Siculi. Deinde siue quod Siculi.
 ea regio uacua cultoribus ob ingentes belli clades fuit, siue
 quod Marotus miles Pollonius bellica uirtute clarus, ab At-
 thila Mesia Vulgariæq; & Santepolucha impositus, Vnga-
 ris imperauit aliquandiu, proprium non habuit regem do-
 nec anno salutis septingentesimo quadragesimo quarto, re-
 lictis Hunni sedibus suis rursus effusi cum liberis uxoribus/
 q; omniq; suppellectili septifariam diuisi, sub totidem Ducibus
 in Pannoniam redierunt, ubi primo aduentu benigne
 recepti, nihil hostile moliebantur. Postea Santepoluch ar-
 mis eiecto fines occuparunt, ita tamen ut quisq; partem suã
 sortiretur. Ex septem ducibus quos diximus unus Serjta pri-
 mus ad fidem Christi traducere tẽrauit Hunnos, cum mul-
 tos Christiani generis homines in exercitu haberet, & in his
 Adeodatum ex familia sancti Seuerini in regno Siciliae no-
 bilissima, qui duo cœnobita statuit in Pannonia, alterum
 cognomento de Tata, alterum de Parato, regemque Ste-
 phanum eius nominis primum, qui postea consecratus est
 ab Alberto Racensi Pontifice baptizatum, die Lustrico de
 sacro fonte leuauit, unde Tata ab ipso Rege honoris causa
 appellatus est, & enim Tatam gentiliter illi patrem uocant,
 ex quo monasterium quod Adeodatus extruxit De Tata
 cognominatum dicitur. Sub eisdem ducibus in Germa-
 nia, Gallia, & Italia plurima moliti, tantum prædas ex agris
 egerunt.

Serjta.

Tata.

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI
MICHAELIS RI-
 TII NEAPOLITANI, DE REGIBVS VN
 GARIAE, LIBER SECVNDVS.

Stephan^o



ENTVM iam est ad annum nostrae salu-
 tis undeseptuagesimum supra nongen-
 tos, quo Stephanus ex Geichæ ducis ante-
 dicti stirpe genitus, amisso patre, qui Si-
 migiensis erat dux, obuiâ Cupan progres-
 sus, implorato diui Martini numine, ui-
 ctor, ipsius hostis capti corpus quatuor in partes scede di-
 scriptum, totidem portis urbium suis in sinibus illustrium
 suspendi curauit, hac de causa, quod is Stephani matrem
 secundas ad nuptias compellebat. Stephanoque per insi-
 dias necem moliebatur. Itaque Stephanus omnem, quæ
 sub imperio erat Cupan regionem redegit in potestatem,
 regiumque nomen ultro deferentibus suis accepit. Mox
 eiecto Gyula Duce Ultrasyluano, fecit etiam sui iuris
 Herdechelin quam uocant Prouinciam, quam Gyula pos-
 sidebat, mouit & aduersus Sclauorum, Bulgarorumque du-
 cem, quem difficili, longoque bello tandem uicit, abacta-
 que inde ingenti præda, quendam proauum suum genti-
 bus his imposuit, Albensemque Basilicam condidit, ubi Re-
 ges Vngariæ de more capitis insigne diadema accipiunt.
 Apud Budam præterea cognomento ueterem coenobium
 sub titulo Petri Paulique statuit apostolorum. Fuit Sepha-
 no filius Emericus, honestate morum, regiisque uirtutibus
 indyctus, quem cum successorem sibi destinasset, intempesti-
 uo fato

Emeric^o

uo fato subreptum pater acerbissime luxit. Ex eoq; mæro-
 re uir alioquin ætatis ingrauescentis paulo post diem dau-
 lit, cum regnasset annis triginta septem. Nec regnum Buda
 consequutus est Egruth patruelis sui filius, ut animo propo-
 fuerat. Nam Cheilla Stephani uxor, præter defuncti uiri
 uoluntatem, curauit ut Petrus eius frater, & Stephani tan-
 tum consanguineus, ut quem soror eius pepererat ex Gui-
 lielmo Sigismundi Burgundionum regis fratre regni habe-
 nas occuparet. Petrus itaque uoti compos, Vngaros omnes
 sibi alienauit, cum superbe, crudeliter, auareque dominare-
 tur. Itaque communicato consilio nobilissimi quique uno
 agmine regem adeunt, hortanturque ut in melius imperan-
 di rationem commutet, Auunculumq; Stephanum sibi pro-
 ponat imitandum, cuius dignitatem affectasset. Sed quum
 nihil eo quoque modo profecissent, isq; perseveraret in pro-
 posito, regē declarât Abbam, cui soror antedicti Stephani
 nupta erat, Andrea Bela, Leuantaq; sobrinis ipsius regis, re-
 pulsam passis, qui cum Cheilla, Petrique sæuitiam formida-
 tent in Bohemiam se receperant. Abba collectis Vngaro-
 rum copijs in Petrum proficiscebatur, at is hostis aduētū nō
 expectato, supplex ad Henricum confugit imperatorem,
 qui per id tempus erat, Bauariæ. Potitus Abba sine cæde to-
 to regno nihil habuit antiquius, quam publico omnium de-
 creto, res a Petro gestas, ut irritas, inducere. Nec Henric^o ho-
 spitem Petrum neglexit. annoq; ex fuga tertio tētauit eum
 restituere. Sed Abba non expectandū sibi ratus, ultro cum
 copijs irruit in Austriā, factisq; maximis incursionibus onu-
 stus ingēti præda redijt in Pānoniā. Vnde Henricus infesti-
 or in eū factus apud Agrippinam Colonia coacto concilio

Petrus.

Abba.

Henricus
 Caesar.

Inducere
 id est, an-
 tiquare,
 oblitera-
 re. Juriscō
 sulti tui
 uerbū, est

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

summo principum Germaniæ consensu statuit ulcisci iniuriam. Sed Vngari per legatos imperata se facturos pollicentur, modo Petri tyrannidem non reduceret. Interea Gothfredus Lothoringiæ dux aduersus imperatorem bellum mouet. Ad huius ergo conatus imperator omni studio conuersus, Vngaris pacem dat, his conditionibus ut ab armis utrinque discederetur. Vngari prædam, captiuosque restituerent. Exinde metu solutus Abba, cum nihilo minus sauiet in suos, Petrus, in eius caedem multos excitauit. Quorum comperita coniuratione per speciem conuictus Canadunum perduxit, omnesque, qui conuenerant in cubiculo quodam necandos curauit, reliqui confugiunt ad Henricum, apud quem Petrus adhuc morabatur. Is hortantibus Henricus & Petrus cum ualida armatorum manu, aduersus Abbam pergunt, ingressisque Pannoniæ finibus, occurrit Abba in Menseu iuxta Taurinum, collatisque signis diu acriterque pugnatum est, donec Abba desertus (ut aiunt) a suis salutem fuga quarens in uilla Scobæ, captus, ab Vngaris occiditur, ibique primum tumulatus. Deinde corpus in monasterium de Saar, ex eo loco translatum fuit. Henricus exercitu uictore Petrum persecutus ad usque Galbam urbem perducit, solennibusque de more celebratis, in pristinum regni fastigium restituit, ac Vngaris quo ad per eum fieri potuit, omni studio conciliare conatus est. Sed ea gratia diuturna non fuit, quum Petrus ad priorem uitam redisset, Vngarique eius impotentiam non ferrent. Cuius Bela sancti Stephani sobrinus, Calui Ladislai filius eius de quo iam diximus, apud Palloniæ ducem moraretur eiusque filiam cum summa dote promississet uxorem ducere. Belæque fratres Andreas & Leuanta uenissent ad regem Romanorum.

Gothfredus contra Henricum.

Petrus.

DE REGIBVS VNGARIÆ LIBER II. 71

tenorum, nonnullique nobiles apud Petrum, quod his studerent, essent delati, capitalique supplicio affecti, Pannonones excitato tumultu conueniunt ad Chanad. Andreamque, & Leuanta per legatos accersunt ad imperium, quod omnes Vngari summo studio deferrent. Nec in his quicquam moræ fuit exceptique sunt honorifice omni passim nobilitate plebeque obuiam effusa. Ab eoque primo petierunt, ut eis liceret antiquam patrum religionem redire, secus, aduersus Petrum negabant arma sumpturos, nec id ægre impetratum. Exemplo omnes sacris initiatos ad unum trucidauerunt, eorumque caede Basilicas & sacra templa polluerunt. Cuiusque satis in Petri præfectos ubique debacchatum uideretur, in ipsum Petrum uerterunt impetum, is Albam contendebat, ab Vngarisque præuentus, inde exclusus est. Cuiusque honoris gratia Andream, Leuantaque plerique Pontifices occurrissent in traiectu Danubij, quem uocant Pesth, omnibus exemplis interempti sunt, & in his Girardus episcopus Camalinus, is qui relatus in caelum, martyrum auxit numerum. Petrus autem rex cum se recipere tentaret in Austriam, ab itinere retractus, occiditur, ac in Basilica Quinqueriensi, quam ipse condiderat, sepultus est, anno reditus sui uigesimo tertio. Nec ita multo post excessit e uita Leuanta, regnumque rediit ad unum Andream, qui coronari uoluit ab Episcopis, si qui superfuerat ex caede catholicis, apud urbem Albam. Edictoque iussit, ut omnes Vngari relicta superstitione rediret ad uerum dei cultum Christianique fidem, qua diuus Stephanus eos instituerat, ultimique supplicium statuit in eos qui contra faceret. Andreas igitur eo nomine primus, & in ordine regum quartus, Belam fratrem ducis Palloniæ generum, cum tota familia reuocauit in Vngariam.

Girardus

Andreas primus.

Vngariã, regniq; participem fecit, ut ipse duas regni partes obtineret, Bela tertiam ducis appellatione. Suscepit Andreas ex iusto matrimonio filia Ruthenorum ducis, Salomonem & David, ex Pellice uero Georgium. Bela genuit ex Geyfa Polloniae ducis filia Ladislaum exul apud Polloniam. Postque eius in Vngariam reditum, alterum nomine Anianus. Lampertum. Condidit Andreas cœnobium diui Aniani Pontificis Aureliorum, in loco qui dicitur Thion. Henricus autem rursus instaurato bello petit Vngariam persecuturus recens illatam Petro iniuriam. Sed eius conatus irriti fuerunt ingruente tanta rerum omnium inopia, ut coactus Andreas, Belaeque pacem perpetuam dare fuerit, infectaque re reductis in Germaniam copijs Vngariam fratribus habendam reliquit affinitate contracta. Nam filiam despondit Andreas filio Solomoni, quem pater appellari regem se uiuente passus est, & si nondum quinquennium puer excederet, in quo fratri quoque Belae fecit iniuriam, cui spem succedendi post eius obitum dederat, & post inuitum compulit assentire coronationi Solomonis. Hac indignatione Bela motus, in Polloniam secessit, Andreas ad Imperatorem socerum Solomonem emandauit, una cum pluribus Vngariae Principibus. Interea Bela paratis ad bellum necessarijs, acceptas a socero copias in Vngariam ducit. Andreas ad nuncium tumultuario exercitu comparato, accersitisque auxiliarijs ab Henrico, duce Bohemiae, quem mercede conduxerat, obuiam Belae progreditur, ad amnem Titiam colatis signis demicatam, donec ad Belam belli Mars inclinauit. Andreas a suis desertus in fugam se coniecit, interceptus ab insequutis equitibus occiditur, ac in monasterio diui Aniani, quod

ni, quod ipse condiderat humatus est. Bela uictoria clementer usus, Germanorum duces apud eum captiuos humanissime tractatos, gratis dimisit. Albam profectus, regium capitis insigne cepit, regnoq; pacato diu potitus est, omniumq; primus apud Vngaros ex argento monetã signauit, forumq; & pretia rebus constituit, census ac tributa minuit. Cunctis uno agmine magna uis Vngarorum cœcurrisset ad eum dum Albae morabatur, ac insano fremitu flagitaret, ut abiurata Christi fide ueteres cerimoniarum ritus instauraret, ampliationem tridui postulauit. Interea subitariũ militem iussit in eos irruere, multisq; repente oppressis hominum uecordiam compescuit. Obijtq; tertio ex quo regnare cœperat anno, forte prolapsus ex regali folio, dũ ius in hominum conuentu diceret. Conditus est in cœnobio Saluatoris Zeukzard ab ipso constituto.

Audita Belae morte Solomon acceptis a socero copijs Vngariam petit, unde Geyfa Belae filius, uiribus suis diffusus Polloniã se recepit ex fuga. Sed ubi Solomon auxilia Germanorum dimisit, Imperatorq; reuersus in sua. Geyfa repa- rato bello cõtra Solomonem mouet. Sed res ad pacem certis conditionibus uersa est, autoreque Desyderio episcopo. conuenit, ut Geyfa ducis appellatione contentus, eadẽ quae pater Bela possideret, ictum foedus est apud urbem Quinqueriensem, in qua Solomon praesente Geyfa diadema accepit. Insequentiq; nocte ea urbs incendio fortuito pene tota conflagrauit. Precibus deinde Zolomeri Dalmatarũ Principis uterque copias eo duxit auxiliares, aduersus Cotinthos, qui Dalmatiae quosdam fines occupabant. Re prospere gesta, reduces quod cœnobium diuo Iacobo Palatinus in Zechim

in Zechim erexerat, dedicandum curauerunt. Et Solomon
 eiusq; frater Dauid, ex se nullam sobolem susceperunt. Ipse
 Geyfa. uero Geyfa filios habuit Colomanum & Almu. Cunque
 Boemi uiolato foedere irrupissent in Vngariam, cū magna
 sua strage repulsi cesserunt. Vngariq; Boemiæ fines ingres-
 si, ferro igniq; omnia populati sunt. Eadem fortuna Cunos
 excepit, in Pannoniæ fines ausos irrumpere, magnamq; ab-
 egisse prædam. Mox exercitū Solomon & Geyfa duxerunt
 in Albam oppidum Bulgariae, ex causa quod hostibus Vn-
 garorum contra pacis conditiones, portas aperuissent. Tri-
 mestris obsidio fuit, donec ab Vngara quadā puella apud
 Albanos captiua, iniectus ignis ædificia corripuit, occasione
 q; dedit Vngaris, ut transcensis mœnibus urbem caperent.
 ingens inde præda asportata in qua partienda inter regem,
 Ducemq; dissensio oborta est. Paulatimq; gliscēte ira, re ad
 cædem uersa, primo Rex ducem pepulit. Accedētib; dein
 de Boemis ad Geyfam, instaurato prælio regem compulit
 in fugam, qui se recepit in arces Moson & Polon. Dux ergo
 Geyfa uictoria potitus, regium nomen usurpauit, accepto
 Geyfa. de more diademate, statimq; templum Vaciense cōstruxit.
 Interea Solomon imperatoris opibus Vngariam recipere
 tentauit, irritaq; spes eius non fuisset, nisi Germania Prin-
 cipes a Geyfa corrupti, perduxissent imperatorē, ut infecta
 re domum rediret. Porro Geyfa ductus (ut aiebat) conscie-
 tia, uoluit in Zugard ereptum Solomoni regnum restituere.
 Res tamen effectu caruit, Geysaq; tertio quā Rex appel-
 latus est anno morbo implicitus obiit, elatusq; est ad Basili-
 cam Vaciensem.

Ladisla⁹. Successit ei Ladislaus frater ei⁹ nominis primus ab Vngaris
 habenas

habenas imperij suscipere coactus, cum diceret alterum ne-
 fas esse coronari Solomone superstite, qui prior insigne re-
 gis acceperat, affirmabatq; si pax inter eos tuta futura esset,
 ultro Solomoni regno cessurum, ducatu contentum. Rege
 Zolomero cui nupta Ladislai soror erat, ab humanis abscis-
 rus. liberis exempto, Dalmatia, Croatiaq; Pannoniæ finibus ac-
 cessit. Et cum Solomone rem composuit anno quam regna
 re cepit quarto, pactus ingentem annuam pecuniam. Ve-
 rum comperta Solomonis in eū conspiratione, comprehen-
 sum cōiecit in carcerē Visegradi, unde postea emissus apud
 regem paucis admodum diebus moratus, ad ducem Hun-
 norum confugit. Hunc ad belli societatem perpulit, cum fi-
 dem dedisset eius filiā in matrimonio se habiturū, Transyl-
 uanamq; prouinciam dono daturum. Itaq; paribus auspi-
 cijs in Ladislaum mouentes, ab eo uicti, fuga uix euaserunt.
 Tandem Solomon uitam agens solitariam, e medio subla-
 tus est, sepultusq; apud oppidum Histriae Polam. Ipse uero
 Ladislaus aduersus Cunos frequenter incursionibus Vnga-
 riam uexantib; prospere pugnavit, Rutenos insuper & Po-
 lonos domuit. Cunque bellum moliretur in Santepoluch qui
 Pragam urbem occupauerat, ut eā nepoti Comado Bohe-
 morum duci restitueret, in agritudinē lapsus, haud ita mul-
 to post obiit. Imperium non peruenit ad Almu Geyfae fi-
 lium, quem Ladislaus successorem sibi destinauerat, sed ad
 Colomanum fratrem natu maiorem, Geyfa ætatis uerecū-
 dia cedente.

Colomanus ergo statura breuis, lingua blesus, & altero pe-
 Coloma-
 nus. de claudus, ab Vngaris in regium fastigium euectus est. In
 de inter eum, Almuq; fratrem orta dissensione, autoribus
 t utriusq;

utriusque amicis, ab acie discessum, uentumque in colloquium allatisque in medium cladibus acceptis, a domestica seditione, Leuique de causa, patrum memoria, fratres inter se sobriosque & alia necessitudine coniunctos, paricidali praelio occubuisse, placuit ita rem componere. A bello abstinere, si quid haberent inter se fratres quod exoptularent, singulari certamine deciderent. His conditionibus firmata pace, Colomanus exercitum duxit in Ruthenos, qui mulieri tum parebant. Ea supplex ad regem uenit, inclementer reiecta, a desperatione sumpsit animos & consilium. nam Hunnos eius auxiliares in Vngarorum castra repente emittit. ij incautos adorti uertunt in fugam, ingentique strage cadunt. Habuit Colomanus ex priore coniuge Ladislaum Stephanumque filios. Amisso Ladislao superduxit alteram, quam paulo post dimisit in adulterio deprehensam, cum iam ex ea suscepisset filium nomine Borich, ex quo natus est Auito nomine Colomanus. Cuius res nouas subinde moliretur, Alimum fratrem eiusque filium Belam captos luminibus priuauit. Rumor est Colomanum cum Vuradiensis episcopus esset inaugurator, a Romano Pontifice ressecratum, eiusque permissu deposito sacerdotio creatum regem. Misit & is in Apuliam copias a Venetis conductas classe, duobusque maritimis oppidis occupatis Monopoli, Brundisioque Venetorum praesidium imposuit. Obijt anno salutis Millesimo centesimo quarto decimo, cum regnasset annis uiginti quinque, mensibus quinque.

Stephanus Habenas regni Stephanus excepit, eius filius qui Roberti Vuiscardi filiam duxit uxorem. Copijs insuper auxiliaribus in Ruthenos immisit, ut opem duci ferret aduersus fratrem bellum gerenti. Sed infecta re, duce mortuo, redijt a principibus regni

regni coactus. Bellum quoque suscepit in Graecos, a quibus maximis affectus incommodis, pacis conditiones accepit. Cuius nihil liberorum suscepisset, Almi filium Belam sobrinum suum quem Colomanus (ut diximus) obcauerat, in spem successionis erexit, in matrimonium data Comitis Seruiae filia, quae Geysam filium peperit. Exinde lapsus in aegritudinem, defunctus est anno postquam regnare cepit duodeuigesimo. Belae tametsi capto luminibus regnum stetit, ex eademque comitissa Bela iuge cui nomen Elena, tris alios habuit filios, Ladislaum, Stephanumque, & Alimum. Crudeliter animaduertit in eos, quorum consilio Colomanus Alimum patrem, seque occaecauerat. Interea Broycus ex adulterio secundae Colomani coniugis aditus, affectans regnum, Ruthenorum Colonorumque copijs adiutus, in Belam suscepto bello, parum feliciter ad locum cui nomen Sceo pugnauit. Anno denique principatus sui decimo Bela die clausit, elatusque est in Albensem Basilicam. Geysa patri successit, in lucem aditus in priuata patris fortuna, qui fratres ex arce Poson, quam ex improviso occupauerant, res nouas molientes facile pepulit. Imperatorem praeterea Conradum, Ludouicumque Francorum regem copias ad recuperandam Hierosolymam ducentes, hospitio suscepit. Exercitum quoque duxit in Ruthenos ut illatam socero persequeretur iniuriam. Cuius regnasset annis uiginti, mensibusque tribus, ab humanis excessit, anno salutis Millesimo centesimo sexagesimo primo, situs in eodem cum patre conditorio.

Imperium Stephanus excepit eo nomine tertius Geysa patre ortus. Is a Ladislao primum patruo, moxque eo defuncto a Stephano Ladislai fratre bello petitus est. Sed acie uictor, & superaro Stephano regnauit annis duodecim. Morte obita

t 2 Stridoni

Bela. Stridoni conditus est.
 Bela Stephani tertij filius ab humanis exempto patre, loco fratris habenas imperij suscepit. Hic externo nullo bello tentatus est. ocio potitus pacis, opibus intentus, mores acri censura correxit. in facinorosos animaduertens omnes undecumque compertos habuit ex sua ditione. nec praeterea memorabile quicquam gessit, annis decem & septem, quibus in uita fuit. Apud Albam sepultus est, Emerico & Andrea superstibus liberis.

Emeric^o. Res ad Emericum peruenit, eaque potitus est ociose & ab iniuria belli, annis circiter nouem, decessitque superstitibus filio Ladislao, quem sustulit ex Constantia Aragonia, tumulaturque in Agriensi templo, anno salutis millesimo ducesimo.

Ladilla^o. Ladislaus ab eo nomine tertius, amisso patre regnum breui tenuit, nam intra sex menses adolescens adhuc immaturo raptus est obitu.

Andreas Diua Elisabeth: Al's Militis: Produce re, quod & pduce re dicitur est agere ministrum libidinis, zu gutem teutsch, cuplen. Productrices cupplerin.

Ladislai morte, Andreae secundo, Ladislai patruo ad principatum patuit aditus. Huic ex Gertrudis conubio, liberi fuerunt Bela, Colomanus, Andreas, & Elisabeth, ea quae post ubi hominem exiit, in caelum relata est. Gertrudis autem cum uni suorum fratrum, qui eam uisum uenerat, Bancabani Mitis sororem produxisset, in se caedem conuertit, nam Bancabanus comperto Germanae stupro debacchatus est in autorem, Gertrudimque iteratis uulneribus interemit. Andreas Hierosolyma duxit exercitum ex uoto quod Bela pater susceperat. Indeque protomartyris Stephani, Margaritaeque uirginis auexit capita, dexterisque Bartholomei, Thomaeque Apostolorum, hydriamque unam ex sex in quibus aqua de nostro in uinum commutauit. Annos triginta iam regnauerat

uerat cum morbo solutus, elatus est in cenobium de Egrus ut appellant.

Eius liberum natu maximus ab suo nomine quartus, imperium Bela suscepit. Hic ex Maria Constantinopolitani imperatoris filia genuit Belam, qui uiuo patre decessit, & Stephanum. Belae regno, Tartari cum maximis Ungariam copijs inuadunt. Iis obuia Bela progressus, apud flumem Sceo, comissa pugna uictus, aegre pedibus salutem quaesuit, omnifere regni iuuentute desiderata. Tartaros Ungaria triennio potitos in sua conuerti coegit, inopia comeatum orta, bellis interiuicta satione, ex qua multa hominum millia perisse constat, etiam postquam Tartari copias reducerunt. Cum Bohemis idem Bela prospere pugnauit. Apud insulam Budensem, fato concessit anno regni sui trigesimo quinto, elatus in basilicam deiparae uirginis, quae curationis est eorum fluminum qui se minores appellant.

Mortuo Bela Stephanus eius nominis quintus, fratrum natu minimus, patri successit, auspicijs melioribus, nam domuit Bohemos, eorum superato duce Othocaro, secundum annum Rapcha, Bulgaros imperata facere compulit. Et haec omnia intra biennium quo regnauit, obiit & ipse mortem in qua pater in insula Budesi, superstibus liberis Ladislao, Mariaque eaque Carolo nominis eius secundo Siciliae regi, nupsit, Ladislaus itaque sui nominis quartus, anno ab humanitate dei nostri millesimo ducesimo septuagesimo sexto, regium capitis insigne sumpsit, auxiliariisque Germanorum copijs Othocarum bello repetit. Eoque in acie caso uertitur in Cumanos, qui fines Ungariae hostiliter ingressi, populabantur duce Oldamur eadem belli fortuna fuit, quae cum Bohemis.

t 3 Nam

Nam Cumanis ad internitionem cæsis, uix effusa fuga pauci elapsi ad Tartaros usque penetrauerunt, eosque ad rependam bello Vngariam facile perpulerunt, omniaque aduulq; locum qui Pest appellatur, igni ferroque uastarunt. Huic Ladislao Caroli filia sui nominis primi, nupta fuit. Sed ea dimissa plures ex Cumanis uxores superduxit, nec a legato Pontificis eo nomine Vngariam profecto perduci potuit, ut iniuriose rem uxoriæ non tractaret. A Cumanis, quorum affinitatem cæteris omnibus habuit potioem, miserabiliter interemptus est, anno principatus sui decimoquarto. Ex eoque regni fortuna relabi cœpit, cum nullam sobolem reliquisset. Iamque uentum est ad Andream nominis eius tertium, Andree secundi nepotem, eius qui fuit auus Ladislai, qui nouissime uita functus est. Vnde satis apparet Andream, & Ladislauum fuisse sobrinos. Andreas enim secundus dum redijt ab expeditione, quam susceptam demonstrauimus in Hierosolyma, Marchionis Estensis usus hospitio, eius filiam duxit in matrimonium, ex eaque genuit Stephanum, in lucem mortuo iam patre æditum, quæ uocant Posthumum. Huic Veneti generis matrona peperit Andream cognomento Venetum, quod matre Veneta ortus, Venetius educatus esset.

Andreas Andreas igitur interempto Ladislao diadema sumpsit, annoque principatus sui secundo, bello domuit Austriam. Verum Bonifacius octauus efflagitantibus Vngariæ principibus, Carolum Robertum, Caroli secundi nepotem Mariæque regem Siciliae, qui Carolo Martello patre natus erat, in Vngariæ regem declarat, eo nomine quod Vngariæ regnum magis ad Carolum Robertum, quam ad Andream pertinere,

pertineret, quoniam Ladislai quarti soror Maria, fuerit auia Caroli, Ladislausque nulla relicta sobole decesserit. Sed ea res Andree nihilo profuit. nam contemptis legatis, quos ob id ipsum Pontifex Vngariam miserat, Andreas ex quo regimen accepit annis undecim, populos in officio, suaque fide continuit. Obitaque die Budæ conditus est ad ædem fratrum minorum.

Mortuo Andree Carolum loco regis habebant ij, qui eum euocarant, Verum Colocensis Archiepiscopus, Agriensis, Voradiensisque, & Vaciensis, Canadiensis, Boznensis, & Sescenensis episcopi, Vuencelaum, quem genuit Othocarus, is quem Ladislaus in acie cæcidit, Bohemiæ regem frequentes adeunt, hortanturque ut Vngariæ regnum capeffat, quod ad se iure pertineret, erat enim Vuencelaus Annæ, Belæ quarti filia Vuencelai, de quo toties iam diximus, amita nepos. Is extra Bohemiæ fines dum nollet egredi, paterno nomine filium Vuencelaum regem dedit Vngariis. Ea res maxime mouit Vngariæ proceres, ut Vuencelaum auellent, quod uerebatur ne Pontifex ius imponendi, regis usurparet. Ac ut facilius quo iure Carolus & Vuencelaus ad regnum niterentur, omnes intelligant, infra gradus & stemma descripsimus.

Andreas secundus stipes.

Ex Stephano

{ Stephanus natu proximus.
{ Ladislaus sine liberis &
{ Maria regina Siciliae.

Ex Maria

{ Carolus Martellus.
{ Carolus Robertus.

Ex Carolo

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

Anna Bohemorum regina.
 Ex Carolo Martello Vuencelaus filius.
 Vuencelaus nepos.

Otho. Contendentibus itaq; Carolo Roberto, quem simplici nomine Carolum uocāt Vngari, Vuencelaoq; qui Ladislaus ab eis appellatus est, cuius res superior fuit, acceptoq; folio, cum non omnes etiam qui studiose euocauerant, eius imperata facerēt, in Bohemiam se recepit ad patrem cum diademate. Quod occasionem dedit Vngaris, ut Othonem Buaruariae ducem regem salutarent, is a Ladislao capitis insigni recepto, uenit Vngariam, annoq; a Christi natiuitate millesimo trecentesimo quinto inauguratus est in regē a Vespriensi Canadrensiq; pontificibus apud Albam. Cuius religionem peteret Cedeln Bela filio comite comprehensus a Ladislao Vuaiuoda Transyluano cōiectus est in carcerem. In sequenti autem anno millesimo trecentesimo nono, frater Gentilis Cardinalis a latere legatus totum annum morat⁹ Vngariae, censuras, & a Pontifice diras in eos promulgauit, qui Carolo non parebant, & in Vuaiuodam Transyluanā quod ereptum Othoni diadema nō restitueret. Vngari neglecta religione dirarum securi fuerūt, ad annum millesimum trecentesimum decimū, donec in campū cui Raptum nomē aduocata undiq; concione, omnium consensus & studia inclinauerūt in Carolum, quē recuperata a Ladislao Vuaiuoda corona, de more ornauerunt. Exinde cum arcem Sarub obsiderent, Eo quod ab eo defecerat aduersus Vngaros, qui praefecto fauebant, immite cruentumque praelium gessit, ex eo tamē excessit uictor. Vxores habuit tris, Mariā, Kazmeri ducis

DE REGIBVS VNGARIAE LIBER II. 77

ducis Polonorum filiam, Deinde Beatricē, cui pater Romanorum fuit imperator, sororem regis Bohemorum de familia Lucenburgensi, tertiam Elisabeth alterius Bohemorū ducis filiam Ladislai, quae duos ei peperit filios, Carolū qui intra annum diem clausit, Ladislaum quem pater amisit exacto prope lustro, Loysiumq; & Andream. Quidam Felicia Felician⁹ nus eques, regi, eiusq; coniugi & liberis necem parare per insidias ausus est. Apud Vuissegradum prandebant in regia Calendis Maij, cum Felicianus impetu facto, regem percussit in dextera, quatuorq; reginae digitos amputauit. Sed accurrentibus illico stipatoribus, ipse trucidatus est, omnesq; roniurati per omnia exempla ludibriaq; excarnificati supplicio affecti sunt. Mouit exinde contra Bazarad Vuaiuodam Bualachorum hortatu Vuaiuoda Transyluani, Dionysijq; filij Ianchga, Principioque ultro a Bazarad pacis honestam conditionem recusauit. Eamq; paulo post exercitu cōmeatum pœnuria laborante petere coactus est. Pactisque cum Bazarad inducijs exercitum reducebat, ubi uero quasdam fauces praeruptis utrinque ripis angustas ingressus est Vualachi, qui subsidebant a tergo, fronteq; repente sublato clamore sarcinis impeditos Vngaros aggrediuntur iniquis locis, omnesq; ad unum pene trucidauerunt. Ipse Rex opere familiarium, subinde mutata ueste, trepida fuga uix euasit. Egit etiā cū Ioanne uigesimo secundo Romano pontifice, ut Andream eius filium a maximo natu proximum, Siciliae regem declararet assentiēte Roberto, qui tum rerum in ea potiebatur, quod Andreae Ioanna eius neptis nupta erat. Ipse q; cum filio profectus est ad regnum. Sed infecta re, se recepit in Pannoniā, Andreae filio sine diademate principatuq; u sub ipsius

sub ipsius Roberti potestate relicto. Reuersus in sua Carolo cum Bohemiae Polloniaeque regibus in Visegrado in colloquium uenit, in omnemque uitam cum ijs pacem fecit. Ibi quoque cum Carolo foedus iniit Lochka Rutenorum Dux Kazmirus Polloniae rex, anno salutis Millesimo trecentesimo nono regno cessit apud Visegradum Ludouico Caroli filio maiori natu, eius ex sorore nepoti. Ipse Carolus obtinuit etiam a patre acceptum Salerni principatum, montemque Garganum, regnaque Vngariae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Seruiae, Gallatiae, Lodomeriae, Comaniaeque, & Vulgariae quadraginta duobus annis, Annoque salutis Millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, decimo septimo Calendarum Augusti, uita functus est apud Visegradum. Cadaver uer Albam translatum magnifice sepultum est.

Ludouicus.

Patri successit aetas agens septemdecim Ludouicus. Is in finibus Transylvanis domuit Saxones, Alexandrumque Vuaiudam Transalpinum, qui sublati animis a patre deficiuerat, imperata facere compulit. Elisabeth eius mater in Apuliam uenit indeque Romam. mox in Vngariam euestigio relicto reuertit itinere, Ludouicus impetum Ioannis Bohemorum regis aduersus kazmirum Polloniae regem per legatos expeditione facta compescuit, & Tartaros qui Transylvanos attentabant, ingenti eorum aedita clade, cum Stephano Bano Boznensi rege iunxit affinitatem, ducta uxore Elisabeth eius filia, cuius opibus elatos Croaciae principum spiritus contudit, coegitque dicto audientes esse. Profectos Iaderam cum copijs ut eam urbem eximeret, infecta re domum redit. Cuius frater Andreas Siciliae Rex resteserica suspensus apud Auersam fuisse a Ioanna eius nominis

minis prima Andreae coniuge, Ludouicus non minus ac debuit ea re permotus, collecto exercitu, Neapolim, persecutus iniuriam, pergit, ultro expeditionem sequutis Malatesta Ariminensi, Philippoque Mantuano principe, & Francisco Foroliuensi. Diffisa rebus itaque suis Ioanna, cum Ludouico Tarenti principe, cui interempto Andrea nupsit, aduentum Ludouici non expectauit, sed tribus tantum longis nauibus appulsi Massiliam, inde Auinionem se receperunt. Itaque Ludouicus omnium summo studio exceptus, Neapoli totoque regno potitus est. Habitaque in consociis necis Andreae quaestione, Dyrrhachij ducem ultimo supplicio affecit. Duosque Ludouici principis Tarenti fratres in caenis Vngariam deducendos curauit. Eo Carolum quoque Andreae impuberem filium misit. Ipse paulo post imperii praesidio Laczk Vuaiuoda Transyluano, Vuolfradoque de Vuolfrad equite Germano cui Neapolim praecipue credidit, in Pannoniam reuersus est. Cuius Neapolitani, Campanique eiecto Vuolfrado defecissent, copiasque ducerent in Vuaiuodam, is obuiam progressus in agro Auerfano hostem confecit, exercitum quoque Ludouici Tarenti principis prope moenia Neapolis ipse Vuaiuoda cecidit. Sed Ioanna, Ludouicusque Tarentinus Auinione Pontifici uendita, ex ea pecunia reparatis uiribus Neapolim bello repetebant, cum Ludouicus Vngariae Rex, euocatis undique regni sui principibus, auxiliisque Germanorum peditum quatuor milium, per Adriaticum mare copias in Apuliae litus exposuit ad urbem Sipontum, quam Manfredoniam nunc appellant. Ea quoque statim deditione recepta Germani milites cum rex hybernaret apud oppidum Bari, cum diripere

Vuolfradus de Vuolfrades Germanus.

Sipontum, hodie Manfredonia.

Sipontum uellent, orta inter se ciuesq; & repugnantes, Vn-
garos seditione, in eadē uersi, magna ex parte trucidati sunt.
Reliquiæ Germanorum a Ludouico dimissæ hac lege, ne se
hosti adiungerent. Ex Baro Ludouicus protinus in Canusi-
um duxit, in cuius expugnatione dum per scalas muris ad-
motas intrepido gradu nititur, ictu lapidis accepta plaga
prolapsus in arcis fossam, ope suorum, suaq; uirtute incolu-
mis euasit. Inde Neapolim per Luceriam petit, Auersamq;
statim obsidione cinxit, ubi uulnus accepit in pede ex ictu
sagittæ, nec eo destitit urbem premere, tertioq; post mense
compulit ad deditiōem pœnuria comœtuum. Nec op-
pidum solum, sed & arcis præfectus Iacobus Pignatellus in
regis fidem uenit. Appetente Ludorum sæcularium solēni
tempore, quod in melius conuerso ritu cœrimoniarum, iubi-
leum nostri uocāt, cum regnum præsidio firmasset, ipse Lu-
douicus in urbem uenit, & inde paulo post Vngariam. Sed
triēnio post uictus assiduis efflagitationibus Clementis Se-
xti, regno cessit ecclesiæ, Fratresq; Ludouici Tarentini, quos
apud Visegradum seruabat in uinculis dimisit, in Venetos
suscepto bello, pro recipienda Dalmatia, quā Vngari con-
turbatam occupauerant. Obsessoq; Taruisio cum plura citi-
cum finitima oppida uicēpisset, legatos obsidioni, castris-
q; præfecit, ipse paruo præsidio domum rediit, & iā non tan-
tum Dalmatiam receperat, sed antiqui quoq; Venetorum
iuris aliqua redegerat in potestatem, sed ea postea pacta pa-
ce cum Venetis, restituit. Ab incursionibus etiam Lithuano-
rum Ruthenos exemit, eamq; gentem per suos aliquandiu
duces administrauit. Auxilia ter ecclesiæ misit in Italiam cō-
tra uim tyrannorū, qui cōtrectabant ea quæ Pontificis erāt,
Barnabamq;

Ludi sæ-
culares a-
pud nos
in lubileū
cōmutati

Barnabamque, & Galeaz Vicecomites, infestos Bononiæ
compescuit. Alberto præterea Austriæ duci suppetias tulit
in Turegienses, qui ab eo defecerant, ij nostro tempore socij
sunt Eluetiorum. Suscepit expeditionem quoq; in Vulgari-
am, & Strachmerum Vngariæ, ut semetipse nūcupabat im-
peratorē, imperata facere coegit, ac habuit in custodia apud
arcem Gamnech. Demum recepta ab eo fide, iuramentoq;
se dicto regis obedientem fore, nec unq; hostilia moliturū,
dimisit in regnum. Mouit & aduersus Imperatorem Caro-
lum uersus Morauinum, sed nulla memorabili re gesta re-
duxit exercitum. Eius Auunculo Raizmero uita functo, Pol-
loniæ regē se gessit. Ab om̄ibus Vngariæ finibus Hebræos
exegit. Ii q; se in Austriam Bohemiamq; receperunt. Condi-
dit & Eremitarum cœnobia, sacellaque deiparæ uirginis ho-
nori dicata. Ludouici principatu, eoq; maxime adnitēte Cu-
mani Tartarorum cœrimonijs abiectis, ad uerum dei cultū
Christianumq; dogma transierunt. Eorum sequuti sunt ex-
emplum in Bozna Patrini, Sclauiq;, sed in religione diu nō
perstiterunt. Per idem tempus Olachi Modauiam uacua
cultoribus occuparunt. Habuit Ludouicus in matrimonio
Margaretam quæ nullo adito partu, mature decessit, ac Eli-
sabeth, ex qua tres tantum puellas suscepit, quarum Catha-
rinam natu maximam uirginem, in nuptaq; extulerunt. Al-
teram nomine Mariam Sigismundo Brandenburgensi Mar-
chioni collocarunt, cum spe successionis in regnum Panno-
niæ. Tertia fuit Adiuga, cui Polloniæ regnum cessit in partē
paternæ hæreditatis, quæ principum cōsensu Iagulæ nupsit
Lithuanorum regulo, qui nuper acceperat Christi religionē
cum duobus fratribus, ipsoq; die lustrico sacri baptismatis

Turegi-
enses.

Diui Pau-
li primi
Eremitæ
monaste-
riū auxit,
ossib; ei;
ex urbe
Venetiæ/
rū allatis.
Patrini.
Olachi.

Adiuga.
Iagula.

pro Iagula Ladislaus est appellatus. Obijt autem Ludouicus tertio idus Septēbris, año salutis Millesimo, trecētesimo octogesimo secundo, conditus in sacello iacet, quod ipse uiuens in Basilica diuæ uirginis apud Albam construendū cœrauerat, regnauit annis quadraginta, mēse uno, diebus xxxij. A morte Ludouici Pannoniæ regnum recidit in Mariam Ludouici filiam, quæ biennio postquam capitis insigne sumpsit, ab ijs qui maxime sibi debebāt, a Ludouico patre summis affecti beneficijs, inita con spiratione ualde laborauit. Euocatus enim Carolus Andreae filius, e regno Siciliae per episcopum Zagrabiensem classe delatus oram Signiæ tenuit, inde Zagrabiam profectus Budam transijt, per speciem componendū tumultus, ex commodo sororis. Ab utraque regina matre filiaque obuiam progressis honorifice exceptus arcem occupat. Elisabeth cum filia Maria metu periculi elapsa, a fuga retrahuntur, Albamque cum rege deducta sunt, ubi Carolus accepto diademate Budā reuersus. Haud ita multo post Elisabeth, & Nicolai Palatini Degara per speciem colloquij circumuentus insidijs, a Blasio Forgach accepta letali plaga comprehensus, in carcerem coniectus est, ubi uel ex uulnere, uel indito ueneno uitam miserabiliter exhalauit. Ipsa uero Reginae forte extra Budæ muros egressa, modico familiarum comitatu, uix oppido cui nomen Diaco propinquauerant, & ecce Ioannes Banus de Horuath eas adortus Nicolao Palatino, Blasioque obruncato, captiuas agit, proximamque nocte Elisabeth in proximū flumen mergitur, Mariam Banus in Croatiam deduxit, ibique in uinculis habuit in arce Cupræ, donec aduentu Sigismundi Marchionis ipsius Mariæ sponsi, qui nunciabatur ualidam

Sigismundus.

ualidam Bohemorum manum ducere, territus, adactam irare reginam iniuriam non ulturam, dimisit ad Sigismundum Budam. Salutis igitur anno Millesimo trecentesimo octogesimo sexto, regni principes habito conuentu, referente regina apud Albam decreuerunt, ut Sigismundus celebrato connubio Pannoniæ regnum capefferet. Ornatus itaque corona, contractas undique copias in Banum Ioannemque de Horuath ut iniuriam coniugis, cædemque socrus ulcisceretur educit. At ipse Banus ubi Posegheuar oppidum, quod se receperat obsidione premi uidit, amne proximo Zauetranato fuga peruenit in castrum Dobor, insequente Sigismundo magnis itineribus, etiam positus ad oppidum castris, ad solitas artes cōuersus Banus elabi tentauit. sed in hostes incidit, ad Sigismundumque deductus est, qui Dobor expugnato, Bosnaque & Croatia coactis imperata facere, Ioannem Banum omnibus exemplis antea cruciatum ultimo supplicio affectit apud urbē Quinqueriensem, cōtentus episcopū Zagrabiensem quoad uixit exilio multauisse. Modauiam deinde domuit, Stephanoque Vuaiuodæ ueniam petenti dedit, coactumque iurare in eius uerba tributum quotannis de more persoluturū, dimisit in honore magistratus. Sextus agebatur annus ex quo regno potitus exercitum cōduxit in Vualachos, qui Turcas euocauerunt in auxilium, rebusque prospere gestis, ac hostibus profligatis oppidum Nikod obsidione cinxit, ac uiccepit. Interea regina diem clausit, & Ladislaus cui nupta Reginae soror erat Polloniæ rex, Ungariæ regnū iure hereditatis ad uxorem suam trahebat, ingentique manu Ungariæ fines ingressum Ioannes Strigoniensis Pōrifex quo ad maiores aduenirent copiae, moratus est. Interea
Turcarum

Almura-
tes.

Pasahites

Moesia
inferior,
hodie
Bulgaria.

Turcarum princeps Amurates, qui Græcis inter se super im-
perio dissidentibus ex Asia traiecerat in Europam, magnam
q; Thraciæ partem subegerat obiit diem, eiusq; filius Pasa-
hites incredibili successu omnem Thraciam, Thessaliã, Ma-
cedoniãq; Phocidem, & Bœotiam occupauerat, & iã Mœ-
siam, quam Vulgariam uocant Vngariæ contributam bel-
lo petebat. Vnde Sigismundus ab eo misso caduceatore pe-
tijt ut ab eo conatu desisteret. Is astuto, callidoq; consilio, re-
sponsum distulit, quo ad tota prouincia potitus est. Post ar-
morum uaria genera conferri iussit in quãdam suã domus
aulam, accersitoq; caduceatori hæc inquit possidendis Mœ-
sia finibus habeo iura, arma digito monstrans. Ex quo Si-
gismundo necesse fuit anno regni sui decimo, collatis undi-
q; uiribus expeditionem suscipere contra Turcas. Habuitq;
uoluntarios belli socios ex Anglia, Galliaq; plurimos illustri-
loco natos, & in ijs Burgundiæ Ducem, qui studio defende-
dæ religionis ultro suis sumptibus ad id bellũ properabant
& iam Mœsiæ fines agmen Sigismundi tenebat, oppidaque
Oriszum, & Biolinium Turcorum præsidio firmata, ui ce-
perat, cum castra circa Nicopolim posuerunt, anno salutis
Millesimo trecentesimo nonagesimo sexto, intra Calendas
Octobris. Ea re Turcarum principi nunciata, quã maximis
potuit copijs Vulgariam proficiscitur, ad diem prælio costi-
tutum, dum Galli primam aciem sibi expetunt, primũq; ho-
stium impetum sustinere pulchrum ducunt, auidius inchoa-
to prælio priusquã omnis acies explicaretur, ab equis desilie-
runt, ut æquo Marte cum Turcis experirentur, cunctq; equi si-
ne custodibus in castra redissent, Vngari Gallos ab hoste
caesos rati, tumultuari ceperunt, ordinibusque turbatis a
Turcis

Turcis grauitè insistentibus in fugã coniecti, Sigismundũ
quoq; traxerunt. Is primo Constantinopolim, deinde Rho-
dum, demum Croatiam, Dalmatiãq; peruenit. Interea Pan-
noniã quidam principes, uersis in Ladislai iam defuncti fili-
um studijs, e regno Neapolis euocant. sed is infelici patris
euentu monitus, approperandum minime ratus, aliquãdiu
rem distulit. Interim Ioannis Strigoniensis Pontificis, illo-
rumq; de Camisa, Ioannisq; de Maroth ope Sigismundus
in regnum receptus est. sed nõ ita multo post a principibus
in carcerem coniectus, in oppido Sodos custoditur. Tũ La-
dislai uexillum per Vngariam circumfertur, lætisq; multo-
rum acclamationibus absens rex appellatur. Ad ea Ladisla-
us iter in Vngariam capeffit. Interea Sigismundus frustra
tis uinculis elapsus est, opera cuiusdam uiduæ, quæ Nicolai
Palatini fuerat uxor, eorumq; mater, quibus custodia Sigis-
mundi credita erat. Ab ijs itaq; Morauiam deducto Sigis-
mundo, dedito iam suæ fugæ rumore, diuersarum partium
factiones intestina bella excitauerunt. Ipse uero Sigismun-
dus exercitu prope coacto popularibus suis obnixè nauã
tibus operam, fauentibus etiam nonnullis Vngaris, Vnga-
riam redijt. nec multo post sua recuperauit. Ad eam famam
Ladislaus, qui iã Dalmatiam magnis itineribus appulerat,
e uestigio Neapolim redijt. Sigismundus aduocato totius
regni conuentu Stephanum Vuaiuodam ultimo supplicio
affecit, apud oppidum Keuuceusum, sociosq; coniurationis
partim egit in exiliũ, partim capite damnauit. Eoq; terro-
re continuit omnes in officio, nec intestino bello sollicitatus
est in tota uita. Cunctq; regnasset annis uiginti tribus, Roma-
norum rex creatus est. Iterumq; bellũ mouet in Turcas, ob-
fessaq;

fessaq; arce Calabocz accepta clade multis desyderatis do-
 mum redijt. Per idem tempus supersticio quã uocant Hus-
 sitanorum in Bohemia a Ioanne Huz, in Anglia a Ioanne
 Ioan. Vui Vuikleff instituta est, & cœtus Adamitarum, qui primi pa-
 kleff Ada rentis exemplo nudi degebant in speluncis, omnia quæren-
 tes in commune, cunq; maximus eorum natu rem diuinam
 suo ritu perfecisset, ad plebem conuersus, illa Geneseos effa-
 tus uerba, crescite & multiplicamini, restinctis luminibus
 omnes passim discurrebant ad amplexus illius quamcunq;
 fors obuiam, proximamq; dedisset. Is hominum furor cum
 breui tantum conualuisset, ut non modo se ab aliorum iniu-
 ria tueri, sed ultro etiam bello peteret eos, qui non idem sen-
 tirent, Sigismundus ex Pannonia, Germaniaq; collectis co-
 pjs in eos mouit. Ii uero duce Sjskalusco, qui altero captus
 erat oculo, raptis armis obuiã progressi, Imperatorem uer-
 tunt in fugam, tanto ardore impetuq; ferebantur, insigne ca-
 llicis in uexillo portantes. nam & hic error eos tenebat, ut cõ-
 tenderent in utraq; specie communicandum. Cunque Si-
 gismundus concilio Constantiensi interesset, ij quibus pro-
 ficiscens Vngariæ gubernacula cõmiserat, aduersus Heruoi-
 am Spaleti ducem, qui specie uendicandæ libertatis Vnga-
 riæ res nouas moliebatur, infeliciter pugnauerunt. Anno
 que trigesimo quarto quam regnare cœpit in Vngaria. Si-
 gismundus, insigne diadematis accepit ex regno Bohemiæ
 & si longe prius eo potitus erat, Vuencelao fratre sublato.
 Tumultus insuper excitatus est Aurispicis affectantibus, ut
 iactabant, regnum, qui diu uagati longe lateque, igne, ferro
 q; uastatis omnibus, ægre tandem superati sunt. In capita
 coniurationis ultimo supplicio animaduersum. alios effusis
 oculis

DE REGIBVS VNGARIAE LIBER II. 82
 oculis, aut præcis manibus ad unum dimisit. Exinde Sigif-
 mundus in urbem uenit, ubi ab Eugenio quarto Pontifice
 maximo Imperiali corona coronatus est. Vngariamq; ma-
 gno cū plausu quasi triūphans ingressus, ad compescendos
 Bohemiæ tumultus recta pergit, subitaque ui morbi corre-
 ptus, apud oppidum Pragam, grauis etiam annis, ut Vnga-
 ros illuc eum sequutos a faucibus Hussitanorum eximeret,
 aggrauante etiam morbo extra Bohemiæ fines efferri uo-
 luit. Sed nondum peruenerat in Pannoniam, cum fessus
 ætate, ægritudineque & itineris labore, apud Zuoimam
 migravit e uita, cum regnasset apud Vngaros annis quin-
 quaginta uno, in Bohemia septemdecim, Rexque Roma-
 norum fuisset annis uiginti septem, imperatorque quinque
 ætatis agens annum septuagesimum, elatusque ad Basili-
 cam Varadiensem, conditus in ea iacet. Vngariæ Bohemiæ-
 que regnum Sigismundi gener Austriae dux, excepit, Eli-
 sabeth unicum Sigismundi filiam, ex secunda coniuge no-
 mine Barbara Ciliæ comitis Hermanni filia, habens in ma-
 trimonio, quam Vluo patre cum spe successionis ad utrun-
 que regnum sponderat. is Albertus anno salutis Mil-
 lesimo quadringentesimo duodequadragesimo Calendis
 Ianuarijs apud Albam coronatus est. Eius principatu Pan-
 nones res omnium Teutonicorum, qui negociabantur,
 aut alia de causa sedes habebant in finibus Vngariæ, di-
 ripuerunt, ædita ingenti eorum cæde. Copias etiam du-
 xit Albertus in Hussitanos, qui se receperant ad oppi-
 dum Tabor, ab se conditum, natura loci & opere muni-
 tissimum, cunque tribus mensibus obsidione frustra cin-
 xisset oppidum, infecta re domum redijt. Exercitum
 x 2 quocq;

Albertus
Dux Au-
striae.

Germani
direpti in
Vngaria.

quoque numerosum coegit aduersus Turcas, qui cum diu morarentur, occupati expugnandis Rascia, Epiro, Etholiaque, Pannonibus longa in castris expectatione grauati, cum Luppogentili lingua conclamassent, inuito rege ad propria redierunt. Albertus aduersa ualitudine correptus, itinere non intermisso cum Viennam contenderet, inualefcete morbo die clausit in oppido Nesinae, cum biennio fere regnasset, Anno salutis Millesimo quadringentesimo undequadragesimo, relatusque Albam, ibi sepulturae honorem sortitus est.

Elisabeth Elisabeth uxor Alberti ferens uterum, post uiri mortem retenuit. Ambigentibus Vngaris utrius sexus, aditura partum foret, Elisabeth in deteriore magis inclinabat, & puellam fore certis argumentis augurabatur. Itaque ea autore regni principes missis legatis euocauerunt Vladislaum Litaniae ducem, fratrem Kaizmeri Polloniae regis. Interim regina puerum peperit, cui nomen Vladislaus etiam fuit, uerum sero reuocatis senatoribus Vladislaus dux, in Vngaria magnis itineribus rapto uenerat agmine plurimorum studiis exceptus ad regnandum, nec eo secius Elisabeth cum sua factio nis hominibus infantem quatuor a partu mensium detulit Albam, coronaque de more ornatum peractis solennibus Viogradum rediit. Tenebat Vladislaus Budae arcem, sponte a praefecto facta deditio, diadema secum regina seruandum asportauit, elusisque proceribus & filium & coronam eman dauit ad Federicum Stiriae ducem, qui creatus Romanorum rex erat, & pueri consanguineus. Cumque uaria fortuna diu certassent Vladislai factio superior fuit, opera praecipue Ioannis de Hunyad a quo Matthias Vngariae rex originem traxit. Vladislausque rex appellatus insigne capitis accepit.

cepit. Per eosdem dies ipse Ioannes de Hunyad Vuaiuoda Ioannes Transyluanus aduersus Turcas feliciter saepe pugnauit. age de Hunyad. batur de conditionibus pacis inter Elisabeth & Vladislaum per legatum quendam de latere, cum repente Elisabeth euita excessit, induciaeque annorum decem Turcas inter & Vngaros pactae sunt, quas Vngari graui sua clade uiolauerunt. Nam commisso praelio rex Vladislaus in acie desyderatus, & ipsi fusi, fugatique maxima accepta clade, uix euaserunt anno principatus Vladislai quarti. Rebus afflictis Vngari animum appulerunt ad Vladislaum puerum Alberti filium, quem apud Federicum educari demonstrauiimus. Habitoque solenni conuentu totius gentis in campo kacos, anno salutis Millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, uno consensu regem creant Vladislaum, tutoremque impuberi dant Ioannem Hunyad Vuaiuodam, moderaretur omnia quousque rex integrae esset aetatis. Is Ioannes accepta tutela nihil habuit antiquius, quam Drakul ulcisci, & eum quoque Vuaiuodam, qui Ioannem detinuerat in uinculis, adusque superioris Vladislai mortem, expletoque eius pena animo, rebusque pro tempore compositis Ioannes & Vngaria, a Federico diadema, regemque suum reposcunt, optimatesque unacum Ioanne Viennam regem salutatum profecti sunt. Ipseque Ioannes titulo comitatus Bistricensis honore, iureque donatus est a rege, necnon insignibus rubri Leonis in albo campo. Per eosdem dies Nicolaus quintus Romanus Pontifex omnes cruce signatos euocauit, duceque Ioanne Capistrano uiro summae sanctitatis, eius sectae quae minorum dicitur, in Pannoniam finitimaque loca misit, ut bellum contra Turcas gererent. Nam Maumetus Amirati filius obsidione Constantinopolim

MICHAELIS RITII NEAPOLITANI

Ladislau⁹. stantinopolim cinxerat, & anteq̄ nostri auxilio irent expu-
gnauit. Ladislaus annum agens quartumdecimum Chri-
stiani natalis anno Millesimo quadringentesimo quinquage-
simotertio uenit in Vngariam, biennioq; post, Maume-
tus uictoria Constantinopolis elatus, Vngariæ fines ingres-
sus, obsidione cinxit oppidum Nandoralbense, cunq; rex
Vdalric⁹ Vladislaus & comes Vdalricus Vladislai maternus auus,
Cilia⁹ cuius consilio gerebat omnia, Viennam fuga petissent aude-
mes. retq; nemo cum tam numeroso horrendoq; hoste congre-
Nomen di, Ioannes Vuaiuoda comes Biztricensis, ultro nomen de-
dedit: dit, & ab omnibus desperatam Ducis prouinciam sumpsit,
hortatuq; Ioannis Capistrani plurimi mortales eum sequu-
tur, primumq; nauali prælio fortuna fauit Vngaris, deinde
machinis tormentisque mœnibus intra quindecim dies ex-
quo uenerant adeo concussis, ut leui momento casura uide-
rentur, circa arcem acri pugna diu certatum, uersaq; fortuna
ab Vngaris ad Turcas aliquoties est, ad ultimum fusus, ac
in fugam uersus omnia opera, machinasq; amisit. His ita ge-
stis Comes Biztrienensis incidit in aduersam ualetudinem,
ex qua paulo post moritur, Vladislao Matthiaque super-
stitibus liberis. Haud ita multo post & ipse Ioannes Ca-
pistranus ab humanis excessit. Ladislaus interea quem
Viennam cum Vdalrico profectum demonstrauimus, in
regnum redijt, cunq; comes Vdalricus in caput filiorum Io-
annis Vuaiuodæ nefaria moliretur, ab Vladislao Vuaiuo-
dæ liberum natu maximo præuentus, in arce Nandoralbē-
Vdalric⁹ si susceptus hospicio, ab Vladislao trucidatus. Ea cædes ad-
trucidat. miratione formidineq; regem simul & principes Vngariæ
perculsit, indeq; statim mouerūt uersus oppidū Temesuar
ipseq;

DE REGIBVS VNGARIÆ LIBER II. 84

ipseq; Matthias Vladislai frater alter Vuaiuodæ filius, &
Elisabeth Matthiæ mater obuiam progressi regem benigno
hospicio susceperunt, ab eaq; ueniam cædis Vladislao faci-
le impetrauerunt, affirmante inuito rege, se nō persequutu-
rum comitis Vdalrici mortem. Verum cum Budam uenis-
set, assiduis quorundā suasionibus instigatus, ab Vladislao
pœnas sumere statuit, sed expectabat occasionē ut uno tē-
pore unaq; causatione, & Vladislauum ultimo supplicio affi-
ceret, & Matthiam fratrem in carcerem cōijceret. Interea cre-
bris nuncijs afferebatur adesse Turcarū copias, ac Vladisla-
us exemplo patris in eas iturus, cū bello necessaria pararet,
hortantibus ijs qui maxime eius optabāt necem, dedit ope-
rā, ut Matthias ad regem quoq; ueniret, ut per eius absen-
tiam, uicem personāq; suā sustineret, oblitus mandatorum
patris, qui moriens uetuit utrunq; simul apud regem uersa-
ri, Simulac itaq; Matthias Budā uenit ambos in uincula cō-
iecit, tertioq; exinde die Vladislaus securi percussus est. aiūt
adhuc post tertium iētū, ut erat manibus post terga uinctis
se in pedes erexisse, atq; multis audiētibus expresse loqui-
tū. Cōmouit Vladislai casus multos, qui propere correptis
armis aduersus fontes, in fontesq; iuxta debacchati, quasta-
tis igne finibus, ingētes adiderūt strages. In ijs Michael Zi-
lasgij de Horogzeg auunculus Vladislai comitis Trāsylua-
nos aggressus, omnia breui redegit in potestātē. Cūq; fracto
carcere euasissent aliqui, q cū Matthia seruabantur in uincu-
lis, ex eo abducto secū Matthia Viēnā petijt, ibiq; Matthiā
Paulūq; Modrat custodiēdos reliquit, ipse Bohemiā profe-
ctus est, Pragæq; moratus aliquādiu, subita morbi ui corre-
ptus, paucis exinde dieb⁹ obiit nō sine dati ueneni suspitiōe
anno

anno ætatis duodeuigesimo, quoto tempore regnasse dicē
 dus est, quia Posthumus a partu Alberto patri successit, an-
 noq; salutis millesimo quadringentesimo duodeagesi-
 mo, apud Basilicam Traiensem traiectus est. Allato nuncio
 mortis Vladislai, Pannonēs uniuersæ gentis indictō cōuen-
 tu, apud urbem Postēsem de creando nouo rege agere cœ-
 perunt, unoq; consensu ad Matthiam cōuenērunt. Accepta
 Matthias q; Michaelis Gilasgij spōsione Matthiam fratris Vladislai
 necem non ulturum. Itaq; eum absentem regem appellarūt
 hac lege ut quinquennio Michael Vngariæ rem gubernar-
 ret, quousq; Matthias imperio maturior esset. At Bohemi
 Georgius de Podebra regem sibi creant, eum qui pro Vla-
 Georgius dislao puero iam defuncto, Bohemiæ præfuerat. Hic Gre-
 Podebra gorius, incertum quomodo, Matthiam tamen habuit in po-
 tius, testate, seu uiuēte adhuc Ladislao ex arce Viennensi dedu-
 ctum, siue post Vladislai mortem falso regis nomine signa-
 Matthiæ duxit. Cōnubioq; iam celebrato, acceptaq; a socero magna
 facinora. pecunia, uenit in Vngariam, primoque ingressus oppidum
 Straznice plura domi, forisq; egregia ædificia, sexto
 q; demū quā regnare cœpit año apud Albā capitis insigne
 cœpit. Oppidum Zaięza ab obsidione Turcarum exemit
 comitatumq; Sirmiēsem ab eorū depopulationibus, Bohe-
 mum quoq; Suuijhlam uirum bellicosum, Federicumq; Ro-
 manorum regem, qui regnum Vngariæ affectabat, acie su-
 perauit, Transyluanos qui alio creato rege ab eius fide de-
 fecerant recepit, & imperata facere compulit. Stephanum
 Vuaiuodam cum magna manu contra se ueniētē noctis si-
 lentio fudit, fugauitq;. Sumpsit expeditionem contra Bohe-
 mos

DE REGIBVS VNGARIAE LIBER II. 85
 mos Hussitanos, quibus cum continenter bellum septennio
 gessit, magnamque Bohemiæ partem suo subiecit imperio,
 Bohemiæq; rex appellatus in urbe Colomucensi de Bohe-
 mia coronatus est. Archiepiscopus interea Strigoniensis, &
 Pontifex Quinquiriensis, Caięzmirum Caięzmiri Polloniæ Caięzmi-
 rus, regis filium priuatis consilijs euocant ad Vngariæ regnum
 capessendum, qui potitus arce Nitriēsi obsessus a Matthia,
 uix fuga in Polloniam euasit, ipsecq; Matthias non conten-
 tus recepisse sua, missis in Polloniam copijs omnia cædibus
 impleuit. Cūq; Caięzmirus in finibus Slesianis, res nouas
 moliretur, utrinq; comparatis ingentibus copijs, ad urbem
 Vratislauensem castra castris contulerunt. Sed antequā de
 summa rerum dimicaretur, agi de pace cœptum qua firma-
 ta, a bello discesserunt. Inde Matthias exercitum reducens,
 oppidum Sabacz Turcarum præsidio firmatum, obsedit, at
 q; ui cœpit. Iterumq; bellum contra Federicum gessit, multa
 q; iuris eius oppida redegit in potestate, & in his urbem Au-
 striæ Viennam. Habuit uxorem secundo matrimonio Mat-
 thias Aragonem Beatricem Ferdinandi regis Siciliæ natu-
 minorem filiam, cūq; Turcæ maritimos Apuliæ fines occu-
 passent Matthias auxiliares Vngarorū copias misit. Obijt
 nulla superstite sobole trigesimo septimo quam regnare cœ-
 pit anno.
 Vngariæ regnū competitors ad se quisq; trahebant Maxi-
 milianus Romanorum rex, & Vladislauus Caięzmiri Pollo-
 niæ regis filius, quem mortuo Georgio de Podebrad, Bohe-
 miæ regem sibi creauerāt, ea lege sineret Hussitanos ex insti-
 tuto uiuere, quem Matthias, ut iā dictū est magna regni sui
 parte spoliauerat. Cūq; statim post obitum Matthiæ Vla-
 dislaus

INDEX

Biscardus. fo. 40
 Bituricensium rex. fo. 17
 Boemundus. fo. 41
 Bronchildis. fo. 5
 Brachus. fo. 54
 Bronchildis crudelitas. fo. 6
 Bronchildis cædes. ibidem
 Bulgaria olim Mœsia dicta. fo. 80
 Buda frater Attilæ. fo. 66
 Burgundia ad Francos. fo. 11

C
 Aijzmirus. fo. 85
 Campania. fo. 67
 Carolus Sicilia. fo. 65
 Carolus I. Neapolita-
 norum. fo. 48
 Carolus Caluus. fo. 9. ter
 Carolus maleferiatus. fo. 10
 Carolomanus. fo. 8
 Carolus magnus. eodem
 Carolus. 9. bis. & 10. & 16. & 17
 Carolus simplex. fo. 10
 Carolus Sicilia rex. fo. 13
 Carolus II. fo. 15
 Carolus pulcher. eodem
 Carolus sapiens. fo. 16
 Carolus septimus, qui octauus
 dicitur. fo. 17
 Carolus rex Vngariæ. fo. 76
 Carolus Vallesius. fo. 50
 Carolus secundus. fo. 49
 Catipanus. fo. 39
 Caroli Burgundiæ cædes. 19
 Carolus octauus aut nonus. co.
 Catholici cognomen unde. 25

Cælestinus tertius. fo. 49
 Ceruus torquatus. fo. 16
 Certamen pulchrum & christia/
 num. fo. 15
 Chaba filius Attilæ. fo. 68
 Cheueaza. fo. 66
 Chilpericus. fo. 5. & 7
 Childebertus. eisdem
 Childericus. fo. 4. & 7 bis
 Chilbertus. fo. 4. bis
 Cindus. fo. 24
 Clemens quintus pont. max. 14
 Clodoueus. fo. 7
 Clodoardus. fo. 3
 Clodius capillatus. fo. 3
 Clotarius. fo. 5. bis. & 6. bis
 Clodomiris. fo. 4 bis
 Cœnobiū sanctimonialiū. 9
 Coloman? rex Vngariæ. 73. bis
 Conradus. fo. 46
 Conradus. eodem
 Conradini cædes. fo. 48
 Conradus. fo. 37
 Conciliū daromontanum. 41
 Confarrandū quid? fo. 42
 Comitia pontificatus. eodem
 Concilium quod omnes appel-
 larent. fo. 60
 Costa. fo. 29
 Crotildis. fo. 4
 Cumania quæ Madouia dici-
 tur. fo. 65
 Cypri reges. fo. 37
 Cyprus ad Venetos. eodem

INDEX

D
 Agobertus. 6 bis. & 7
 Daniel sacerdos rex
 fit. fo. 7
 Deuotio excommuni-
 catio. fo. 40
 Delphinatus ad Francos. 16
 Diris execratio. fo. 40
 Dietrich uon Bern. fo. 65
 Dominicus autor predico-
 rum. fo. 30
 Drakul. fo. 83
 Drogo. fo. 39. bis

Federicus Cæsar tertius. fo. 82
 Federicus secundus. fo. 45
 Federicus imperator. fo. 59
 Federicus patruus Ferdinandi.
 folio. 65.
 Federicus filius. fo. 44
 Federicus barbarossa. fo. 43
 Ferdinandus. fo. 28. & 29. & 30
 Ferdinandus Calabria dux. 60
 Ferdinandus filius. fo. 65
 Ferdinandus tertius. fo. 30
 Ferdinandus quartus. fo. 32
 Ferdinandus quintus. fo. 35
 Ferdinandus catholicus. eodem
 Ferdinandus fatum. fo. 32
 Ferdinandus numerosæ prolis
 pater. fo. 34
 Felicianus. fo. 77
 Flandrenses uicti. fo. 17
 Franco. fo. 3
 Fanci Galli a Franconibus Ger-
 manis dicti. eodem
 Francofordia. eodem
 Fredegonda. fo. 5
 Fulco comes. fo. 36

E
 Lisabeth uxor Alberti.
 Folio. 82.
 Elisabeth diua. fo. 74
 Emericus. eodem
 Emericus filius Stephani. 69
 Egipta. fo. 25
 Elionora Maximiliani mater.
 folio. 59
 Eliura. fo. 28
 Enecus seu Innicus. eodem
 Eringius. fo. 24
 Ethius patricius. fo. 66
 Expeditio in Sphortiam. fo. 20

F
 Aramundus. Folio. 3
 Fames. fo. 17
 Familia mendosa. 29
 Federicus Cæsar secun-
 dus. fo. 44

G
 Alli. Folio. 3
 Gallus. eodem
 Gallorum cædes. 48
 Gargoris. fo. 22
 Garsias. fo. 26
 Germani direpti in Vngaria. 82
 Gentilis Cardinalis a latere lega-
 tus. fo. 76

Y 3 Genfalaricus

INDEX

Genfalaricus.	fo. 23	Henricus III.	eodem
Genfericus.	eodem	Henricus IIII.	fo. 34
Geriones.	fo. 22	Henricus Cæsar.	fo. 39. & 70
Georgius Podebratius.	fo. 84	Henricus.	fo. 44
Geyfa.	fo. 72. bis. & 74	Henricus Luximburgus.	50
Gibellini & Guelfi.	fo. 45	Henrici imperatoris mors.	51
Gillo.	fo. 4	Hierosolymitana expeditio.	41
Girardus episcopus.	fo. 71	Hierosolymitani reges.	fo. 36
Glouceus.	fo. 4	Hiero.	fo. 9
Gondebaldus.	eodem	Hispaniæ reges.	fo. 22
Gontrannus.	fo. 5	Hispalus.	eodem
Gondamiris.	fo. 24	Hispaniarum diuisio.	eodem
Goti.	fo. 22	Hugo.	fo. 10
Gothfredus Bullonus.	fo. 11	Hunfredus.	fo. 39
Gothfredus dux.	fo. 36	Hunni.	fo. 65
Gothfredus Apulia.	fo. 39		
Gothfredus dux Lothoringiæ.			
Gratia male facta.	fo. 57		
folio.	70.		
Guelfi & Gibellini.	fo. 45	I Agula.	Folio. 79
Guinomadus.	fo. 4	Interpontificium.	fo. 46
Guido.	fo. 37	Inducta pro relaxata & re	
Guillemus ferrabat.	fo. 38	missa.	fo. 40
Guilielmus Rogerij filius.	fo. 42. & 43.	Inducere iuriconsultitium uer	
Guilielmus secundus.	fo. 43	bum.	fo. 70
		Innicus.	fo. 28
		Innocentius in Galliam.	fo. 42
		Ioannes de temporibus.	fo. 12
		Ioannes.	fo. 16
H Ebertus uirmandus.	Folio. 10.	Ioannes monteforus.	eodem
Heluetij.	fo. 19	Ioannes de Bregna.	fo. 37
Henricus.	fo. 11. bis	Ioanna.	fo. 51
Henricus rex Hispaniæ.	fo. 23	Ioanna secunda.	fo. 33
Henricus Lothoringiæ comes.	fo. 29.	Ioannes primus.	fo. 34
folio.	29.	Ioannes secundus.	fo. 33
Henricus I.	fo. 30	Ioannes de Hunyad.	fo. 53
Henricus II.	fo. 33	Ioannes Capistranus.	eodem
		Ioannis Huz superstitio.	fo. 81
		Ioannes	

CONTENTORVM

Ioannes Vuikleff.	fo. 81	& 10. & 11. & 13. & 51	
Iudæorum expulsio.	fo. 12	Ludouicus pius.	fo. 8
Iudæorum reditus.	fo. 13	Ludouici filij.	fo. 9
Iudices.	fo. 26	Ludouic ^o Aurelianēsis capit ^o	19
Iubileus annus pro ludis secula		Ludouicus duodecimus.	20
ribus apud nos est.	fo. 78	Lodouicus Sphortia capit ^o .	21
		Ludouic ^o Neapolim recusat.	21
		Ludi seculares apud nos in Iubi	
		leum commutati.	fo. 78
L Aicus græca uox.	Fo. 8	Lutetia.	fo. 12
Ladislaus primus.	72	Luyba.	fo. 24
Ladislaus tertius.	74	Lymba.	fo. 23
Ladislaus quartus.	75		
Ladislaus rex Vngariæ.	fo. 83		
Ladislaus Caroli filius.	fo. 53	M Arcomirus.	Fo. 3
Laynus.	fo. 26.	Martellus.	fo. 7
Leonogildus.	fo. 23	Martelli facinora.	co.
Longæui reges.	fo. 12	Malica.	fo. 35
Longobardi.	fo. 65	Maguntinus archiepiscop ^o .	44
Lotharius Cæsar.	fo. 42	Manfredus.	fo. 47
Lotharius.	fo. 9. & 10	Margarita.	fo. 19
Loysius Franciscanus.	fo. 49	Margarita de Austria.	fo. 35
Lucretia amica Alphonfi.	59	Maria Ludouici filia.	fo. 79
Ludouicus Caroli filius.	fo. 77	Matthias.	fo. 84
Ludouicus Andegauenſis terti		Matthiæ facinora.	eodem
us.	fo. 54	Maumetus Turcarum rex.	62
Ludouicus octauus.	fo. 13	Mauregatus.	fo. 26
Ludouicus nonus.	eodem	Maximilianus.	fo. 85
Ludouicus iunior.	fo. 12	Mæſia inferior quæ Bulgaria di	
Ludouici uictoria.	eodem	citur.	fo. 80
Ludouicus Vtinus.	fo. 14. & 15	Mendosa familia.	fo. 29
Ludouici Aureliani cædes.	17	Meroeus.	fo. 4
Ludouicus undecimus.	17. & 18	Meroue ^o rex Gallorū cædit.	67
Ludouici fuga.	fo. 18	Metenses Theodorico in ditio	
Ludouicus Balbus.	fo. 9	nem uenerunt.	fo. 6
Ludouicus Carlonus.	eodem	Minius.	fo. 26
Ludouicus.	fo. 6. & 9.	Missa.	fo. 10

INDEX

Neuſtria Normandia Philippus pulcher. fo. 14
 dicta. Folio. 10 Philippus Valeſij parentes. 15
 Neapolitanus rex. 17 Philippus Valleſius eius nomi-
 Neapolis capitur. 20 nis ſextus. eodem
 Nicaſius Pontifex. fo. 67 Philippus archidux Auſtria. 20
 Normandia Neuſtria dicta. 10 Phroſilla. fo. 26
 Normandia recepta. fo. 18 Pipinus. fo. 7. & 8. & 9
 Nomen dare. fo. 42. & 83 Poſthumus dicitur. fo. 75
 Lachi. Folio. 79 Præcipitati duo de turri. fo. 74
Oleū cœlit^o dimiſſū. 4 Producere quid? eodem
 Ordonius. fo. 26 Productrices. fo. 17
 Ordonius II. eod: Puella Francia. fo. 17
 Ordonius tertius. fo. 27 **R**achimiris. fo. 24
 Ordonius malus. eodem Raymiris. fo. 26
 Otho dux Saxonia. fo. 44 Raymiris II. eodem
 Otho dux Bauaria. fo. 76 Raymiris III. fo. 27
 Recismundus. fo. 24
Partite historiā liber. 31 Renatus. fo. 24. bis
 παρθένων loc^o uirginū. 9 Recharedus. fo. 67
 Pares Francia. fo. 8 Remi populi. fo. 67
 Parhiſius. fo. 12 Rethiarius Sueuorum rex. 33
 Parhiſienſes cenſi. fo. 18 Remiſſa peccatorū apud Cypri
 Pauli I. Eremitæ cœnobiū. 79 anum. ibidem
 Patrini. eodem Reſponſorium. fo. 17
 Paſahites. fo. 80 Rex Neapolitanus. fo. 25
 Pelagius. fo. 25 Rex qualis placeret hodie. 25
 Petrus. fo. 70. bis Reges Hiſpania. eodem
 Petrus primus. fo. 32 Reges Caſtella. fo. 45
 Phafilla. fo. 25 Reges Hieroſolymitani. 36. 45
 Philippus. fo. 11. & 14 Reges Cypri. fo. 37
 Philippus quintus. fo. 15 Reges legionis. fo. 22. & 28
 Philippus Auſtrius. fo. 35 Reges Sicilia. fo. 10
 Philippus ab epiſcopo Magun-
 tino coronatus. fo. 45 Robertus. fo. 50
 Philippus Adeodatus. fo. 12. bis Robertus Calaria dux. fo. 25
 Rodericus. Rodericus

INDEX

Robertus Caroli nepos. fo. 75 Sueui ex Hiſpania eijciuntur.
 Rodericus Cydus. fo. 29 folio. 23
 Rogerius. fo. 41 Suintilla. fo. 24. bis
 Superſtitio Ioannis Huz. 81
 Sycambria. fo. 3
SAntepoluch. Folio. 73
 Sacellum ſanctum Parhi-
 ſienſe. fo. 13
 Sanctius Craſſus. fo. 27
 Sanctius maior. fo. 28
 Sanctius ſecundus. fo. 29
 Sanctius tertius. fo. 30
 Sanctius quartus. fo. 32
 Senja dux. fo. 69
 Sigismundus Conſtantia prin-
 ceps. fo. 66
 Sigismundus rex. fo. 53
 Sipontum hodie Manfredo/
 nia. fo. 78
 Sifecundus. fo. 24
 Sillo. fo. 25
 Sigilbertus. fo. 5
 Sicilia reges. fo. 38
 Siculi. fo. 69
 Sigismundus Marchio. fo. 79
 Singericus. fo. 22
 Siſlebuta. fo. 24
 Solomon Andreae filius. fo.
 lio. 71. & 72
 Straſburg. fo. 66
 Stipendia augere. fo. 58
 Stephanus. fo. 69
 Stephanus rex Vngaria. fo. 73
 Stephanus tertius. fo. 74
 Stephanus quintus. fo. 75
 Sueui. fo. 22
TAbula Alphonſina
 Folio. 31
 Tancredus. fo. 43
 Tata. fo. 69
 Templarij. fo. 14
 Tendius. fo. 23
 Tendefilius. eodem
 Theodoricus rex Hiſpania. 23
 Theodoricus ſecundus. eod.
 Theodoſius. fo. 22
 Theodericus. folio. 4. bis
 & 6. & 7
 Theobertus. fo. 5
 Theoriſmundus. fo. 67
 Threca. eodem
 Theodeberti fuga. fo. 6
 Theodeberti caedes. eodem
 Toriſmundus. fo. 23
 Ticinum. fo. 68
 Tulga. fo. 24
 Turegienſes Eluctij. fo. 97
VDalricus Cilia comes
 Folio. 83
 Vdalric^o trucidat. eo.
 Veremundus. fo. 25
 Veramundus. fo. 26
 Veremundus

CONTENTORVM INDEX

Veremundus II.	fo. 27	Vrfula uirgo.	fo. 67
Veremundus III.	fo. 28	Vuandali.	fo. 22
Venetiarum origo.	fo. 68	Vuencelaus rex.	fo. 76
Vladislaus Litaniae dux.	fo. 82. & 83	Vualia.	fo. 32
lio		Vualachi.	fo. 77
Vladislaus rex Vngariae.	fo. 85	Vuolfradus eques Germanus.	78
Vitiza.	fo. 25	folio.	
Victericus.	fo. 24		
Vngri.	fo. 65		
Vniuersitas Paribisiensis.	fo. 8	Zolomerus rex.	folio. 73
lio.			

FINIS.

Erratum Folio 70 In margine lege, Inducere id est, anti-
quare, obliterare, iuriconsultitium uerbum est, pro Iuriskon-
sulti tui uerbum est.

